

PRINCIPIA  
JURIS METALLICI  
HUNGARICI.

---

Olim a se edita, Additamentis locupletavit, et nova Forma donavit

*ANTONIUS FABER,*

J. U. D. in Regia Scientiarum Academia Posoniensi  
Statisticae et Juris Metallici Professor  
P. O. etc. etc.

---

POSONII,  
TYPIS CAROLI C. SNISCHEK, 1824.



REVERENDISSIMO

AC

MAGNIFICO

DOMINO

**JOSEPHO ORGLER,**

INSIGNIS COLLEGIATAE ECCLESIAE POSO-

NIENSIS AD S. MARTINUM CANONICO, S. C. et R. A.

MAJESTATIS CONSILIARIO, SUPERIORI REGIO PER-

DISTRICTUM LITERARIUM POSONIENSEM SHO-

LARUM ET STUDIORUM DIRECTORI, SS. THEO-

LOGIAE DOCTORI, NEC NON SACRAE SEDIS CON-

SISTORIALIS DISTRICTUS TYRNAVIENSIS

ASSESSORI.



---

Reverendissime ac Magnifice  
Domine!

**M**editanti mihi: quod nam TIBI, in aditu excellentis TUI muneris, cultus devotionisque in TE meae edam argumentum, continuo succurrit: ut has, quae ipso hoc, vertentis feliciter Regiae huic Scientiarum Academiae Epochae, tempore, prelo tenebantur, paginas, TIBI, Honoribusque TUIS, dicarem. —

Subverebar equidem: ut octennio ante abs me jam editum, novis dumtaxat nunc accessionibus auctum, aliave forma donatum opus tanta intentioni ad commodum esse possit, — ast: TUAE, Reverendissime ac Magnifice Domine! benignitati novi animum quibusvis muneribus esse potiolem. —

Est praeterea, quod consilium hoc meum adjuvit, prorsus eximium — cum perpendo: Majores TUOS, hac ipsa, quae harum paginarum argumentum est, minerarum cultura ex aevo claruisse, TUUM, aetate meritisque venerabilem GENITOREM, hodie dum in antiquissima Libera Regia et Montana Urbe RECIOMONTO nobili

Judicis munere defungi — in his adjunctis, jam dubitare nullus possum, futurum omnino: ut opus, si non materiae svavitate, atque scribendi elegantiâ, ast, natalis soli, quod dulcedine cunctos ducit, memoria, gratum in TE sensum excitet.

Deus TE, Reverendissime ac Magnifice Domine! quod nuperis in Solennibus communi nomine TIBI adprecabar, Ecclesiae, Principi et Patriae, Regiae huic Scientiarum Academiae praestet sospitem! optimi Patris solatium, Hungariae Montanae, quae suo TE Cive gloriatur, decus, ornamentum,

ita vovet, precatur,  
Reverendissimi ac Magnifici Nominis  
T U I.

devotus cultor  
Auctor.

---

## P R O O E M I U M.

---

**P**rincipiis Juris Metallici Hungarici, quae in usus Auditorum meorum, non sine eorum fructu (majore certe, quam si fallenti eorum calamo credidissem —) binis abhinc lustris typis mandaram, non recudendis modo, verum excerptis etiam Institutionum, quas paullo post in duobus Tomis publico usui vulgare intenderam, locupletandis animum adcommodavi, motus non sola residuorum exemplarium paucitate, sed quod ad has in usum Regnicolarum publica luce donandas disertam ab Excelso Collegio (B. G. Intimato de 1. Decembris 1818, sub Nro.

33,362) veniam obtinuerim; — quo excelso indultu in locupletando hoc opusculo utendum ratus sum, quo sic et tyronibus semet uberius excellere aventibus materia suppetat, et populares mei in hoc, paucis adhuc tentato Jurisprudentiae patriae stadio curiositatem suam exere-re valeant. —

Equidem fateor: quod jam in prima mea Editione declaravi, multifarias inter, queis ab aliquot annis ex officio distineor, occupationes, nova hac cura abstinuissem perlubens, gavisusque sum non mediocriter editis anno superiore Institutionibus Juris Metallici Hungarici — ast: non levis animum meum incessit admiratio, dum opus, ad quod tamen editor „cum nullum prorsus compendium Juris M. H. Systematicum in lucem editum conspexisset, propria opera concinnandum, se animum induxisse,“ in Prooemio declarat, potiore sui parte meo, ante octennium edito libro, in ipsis plane verbis congruere, itaque hunc eo contineri animadvertim — (et animadvertet quisquis id a 68<sup>va</sup> usque postremam, utpote 208<sup>am</sup> paginam, meo

conferendi laborem impendere voluerit; profecto: ut opus ita comparatum in mei supplementum adsciscam, ab animi mei indulgentia impetrare non potui; — haec in mei dumtaxat exculpationem adferre debui, absit, ut ea propter viri, ceterum aestimatissimi, partae laudi quidpiam decerpere velim. —

Locupletato quamquam, reformatove operi, virium officiique mei memor, vetus: Principiorum nomen ultro indidi, probe gnarus: in objecto, multiplicium, soli Academiae Montanae domesticorum, subsidiorum adparatum deponente, multa uberius explicanda, plura memoranda superesse. — Praestiterat id affatim, Clarissimus olim Academiae Schemniciensis Antecessor Thaddeus Paithner, et, nostra aetate solertissimus Josephus Tauschius, mihi ampla laboris merces putabitur, si dimidium, quam Grimmius nuper inter Bohemos suos meruit, gratiae, apud populares meos nactus fuero. —

Fundamentum partiendi operis, rationem duplicem, in qua minerarum cultores in Civita-

te consistunt, cum Köhlerō assumere malui, quam cum Mulziō tritam Juris privati, secundum trina sua momenta, divisionem ingredi — quo, tum quod Sphaeram Politicam adficientia argumenta paullo attingam curatius, systemati magis consuluisse mihi videor, et qualicumque hac impensa mea Politico Studio se devoentibus utiliorem saltem operam navavisse, quam si (quod fatis nuper functus in Regia Universitate doctissimus amicus meus de Aeademica Juris Metallici doctione per jocos nonnihil asperum dubitabat) in Horatianam Oden commentatus fuissē. — Scribebam Posonii Calendis ipsis Septembris. M.DCCCXXIV.

---

---

# Conspectus Operis.

## Pars I.

### Praecognita in Jus Metallicum Hungaricum.

- CAPUT I. Notiones Juris Metallici Hungarici, et divisiones.  
CAPUT II. De Fontibus Juris Metallici Hungarici.  
CAPUT III. De Subsidiis ejus, et utilitate.

## Pars II.

### Principia Juris M. H. publici.

- CAPUT I. De Jure Regali Minerali in genere, in specie  
Hungarico.  
CAPUT II. Systema Administrationis Montanisticae Hun-  
garicae.  
CAPUT III. De Feudatione Montanistica.

- SECTIO I. De Tentamine Montanistico.  
SECTIO II. De Mutungatione.  
SECTIO III. De Collatione Montanistica.

- CAPUT IV. De Juribus et obligationibus Feudatariorum  
Montanisticorum.

- SECTIO I. De dimensione Feudorum Montan.  
SECTIO II. De cultivabilitate operum Metallicorum  
SECTIO III. De Rationibus Feudatariorum.  
SECTIO IV. De Urbura, et relatione Deperditorum.

- CAPUT V. De modis amittendi Feuda Montanistica.

## Pars III.

### Principia Juris privati Metallici Hungarici.

CAPUT I. De Juribus et obligationibus Urburarialibus in  
*genere in specie singulorum Urburariorum.*

CAPUT II. De relationibus Urburariatus ad Dominium ter-  
restre.

CAPUT III. De Juribus Cuniculi Haereditarii.

CAPUT IV. De Jurisdictione Montanistica.

CAPUT V. De Processu Montanistico.

ADPENDIX I. Exemplar Mutungationis, et Moratorii.

ADPENDIX II. Synopsis Legum Metall. Comitialium.

ADPENDIX III. Rubricae Codicis, et Extractus BB. Re-  
solutionum.



---

Principiorum Juris Metallici  
Hungarici.

Pars I.

Praecognita Juris Metallici  
Hungarici.

CAPUT I.

*Notiones et divisiones Juris Metallici Hungarici.*

§. 1.

*Ingressus Operis.*

**J**us Metallicum praeviam ipsius Culturae Montanae Cognitionem praesumit, pro ratione adjunctorum plus minus necessariam, semper vero admodum utilem, utpote: per quam studium legum, intuitu ejus conditarum, facilius redditur, quae absque ea, saepenumero obscurae sunt, interdum prorsus intelligi nequeunt.

§. 2.

*Opera Metallica, Metallifodinae.*

Metallica opera (Bergwerke) adpellantur loca, in quibus mineris exquirendis, adqui-

rendis, et ulteriori usui eformandis labor impenditur; quare, et malleaturae, Ustrinae, Tussoriae, lotoria etc. huc referuntur, ab his differunt, tanquam species a genere, Metallifodinae, (Gruben — Berg = Gebäude, Zecken) quae sunt singulares venae fibraeve Metallicae, privatis montanistice collatae, ordinarie a nomine, primigeniae venae indito, nuncupatae.

§. 3.

*Cultura Montana.*

Quaevis occupationes circa haec Objecta *Cultura Montana*, (Bergbau) et Jus, quod intuitu ejus obtinet, Jus Metallicum \*) appellatur:

§. 4.

*Juris Notiones.*

Diversae Juris sunt notiones, praecipue ad finem nostrum pertinent sequentes:

a) sumitur *Objective*, pro Complexu legum et Obligationum unius ejusdemque generis.

b) *subjective*, pro facultate morali agendi, quod lege praecipuum, et omittendi, quod ea vetitum est, vel et committendi, et omittendi quod lege permissum (Jus stricte tale, et permissivum) est.

---

\*) Jus Montanum, rectius (ut a Jure montano vineali, cum quo illud ignorantia, nonnunquam et malevolentia confudit, discernatur) Montanisticum, Minerale, Metallurgicum, Synonyma sunt:

c) adjective, pro eo, quod legi congruit. \*)

§. 5.

*Fundamentum Obligationum idem  
et Juris.*

Obligationes nituntur aut scriptis, positivis, expressisque legibus, aut Consuetudine, moribus, observantia; quare et Jus Metallicum rite dispescitur in :

- I. Jus Metallicum scriptum, seu positivum.
- II. Non scriptum, seu Consuetudinarium.

§. 6.

*Jus Metallicum positivum et consuetudinarium.*

Jus Metallicum scriptum complectitur:

a) *Leges*, seu normam ab Imperante intuitu Culturae Montanae praescriptam, cui subditi actiones adcommodare obligantur.

b) *Privilegia*, seu exceptiones a lege communi respectu personae vel rei.

c) *Pacta et Contractus*, ceu consensum plurium personarum ad determinatam actionem lege praescripta ratione initum.

Jus Metallicum non scriptum, continet Consuetudines, observantias, diuturnitate temporis, et tacito legislatoris consensu vim legis adeptas.

---

\*) Quare: Jus Metallicum objective est: Complexus Obligationum ullam mediatam, aut immediatam relationem

§. 7.

*Jus Metallicum publicum  
privatum.*

Aliud Jus Metallicum publicum, aliud  
privatum.\*) Illud jura Imperanti intuitu Cul-  
turae Montanae competentia; hoc, jura et obli-  
gationes privatos respectu ejus intercedentes  
complectitur, quod in Civile, et Criminale  
subdividi potest,

§. 8.

*Universale, Particulare, Generale,  
Speciale.*

Quod ad universum territorium se extendit  
Universale, quod dumtaxat ad ejus partem,  
particulare, vicissim: quod ad omnia Cul-  
turae Montanae objecta se extendit, Genera-  
le, quod ad quaedam dumtaxat, Speciale est;  
quod pro objecti diversitate in Fodinale (Grub-  
benrecht) Ustrinale (Hüttenrecht) et Sylva-  
nale (Waldrecht) Lotoriale (Waschrecht) di-  
viditur.

§. 9.

*Jus personale, reale.*

Jus in rem absque respectu personae com-  
petens in re, seu reale, quod vero perso-

---

ad Culturam Montanam habentium seu ipsa lex metalli-  
ca; subjective facultas, seu ipsa scientia Juris, ad-  
jective, quod legi Metallicae consonat; vel non disso-  
nat (metallice justum.)

\*) C. Peithner c. 11, §. 3. 4. 5. Köhler c. 1. §. 8.

nam obligat, ad rem seu personale vocatur; illud adversus quemcunque rei possessorem, istud, adversus personam, quae se obligavit, competit, proin illud ad haeredes transit, hoc cum persona exstinguitur, ex illo actiones reales, rei persecutoriae, ex hoc, personales nascuntur. (Cum haec distinctio in Jure Metallico occurrat, notiones quoque memorandae sunt.)

§. 10.

*Jurisprudentia Metallica.*

Horum omnium Jurium notitia, facultas leges cognoscendi, demonstrandi, interpretandi, et ad casus obvenientes adplicandi, Jurisprudentia Metallica audit; quae proin cognitionem, et interpretationem legum, (Theoriam) et earum adplicationem, (Praxim) complectitur, quae: agendo, cavendo, respondendo se exerit.

§. 11.

*Systema Culturae Montanae.*

Quemadmodum vero complexus legibus et consuetudine definitarum obligationum, Jus, et quod intuitu Culturae Montanae tenet, Jus Metallicum adpellatur (§. 3.): ita complexus ordinationum Culturam Montanam respicientium, in ratione Politiae, ordinis, modi negotiorum expediendorum, Systema Culturae Montanae, (Verfassung des Bergbaues), ejusque Cognitio, Cognitio Systematis Culturae Montanae, adpellatur; quae sensu latisimo Jurisprudentiam involvit, prout vicissim

haec illam praesumit (§. 1.) ex quo fit; quod Systematis nomine interdum Jura quoque subintelligentur.

§. 12.

*Adplicatio Notionum ad Hungariam.*

Ex datis notionibus: quid Jus Metallicum Hungaricum, et quotuplex, quid Jurisprudentia Metallica Hungarica, atque Systema Culturae Montanae Hungaricae sit, facile intelligitur.

§. 13.

*Cujus Cognitio obtinetur.*

Cognitio vero Systematis et Jurium intuitu Culturae Montanae obtinetur per studium Fontium et Subsidiarum, excitatur perspectiva ejus utilitate; de quibus jam uberius agendum erit.

C A P U T II.

*De Fontibus Juris Metallici Hung.*

§. 14.

*Leges Metallicae Hung.*

Obligationes et Jura Metallica nituntur Legibus, (§. 5.) quarum diversa genera, et horum species expendendae sunt.

§. 15.

*Earum genera.*

Leges Metallicae Hungaricae scriptae, aliae sunt Metallicae in specie, aliae Comitiales. Illae ipsam Cultivationem Montanam, et Regalis mineralis administrationem pro objecto habent, et a Regibus Hungariae Jure reservato, absolutaque potestate feruntur; Hae Culturae Montanae promotionem velut publicae felicitatis notabilem partem efficientem, \*) proin sphaeram legislationis, Regi et Statibus Regni diaetaliter congregatis vigore 2dae 3. 18. 1635 12, 1791. communis, ingredientem, respiciunt, et in Comitiiis feruntur. \*\*)

§. 16.

*In specie Metallicae, quotuplices.*

Leges Metallicae in specie, aliae Universales, speciales aliae; illae ad universum Regnum,

---

\*) Commoda ex florente Cultura Montana in Civitatem redundantia explicat Politica; quanta ex ea in Hungariam dimanent, ejusdem Statistica, vide, sis, Praefat. ord. Mont. in principio.

\*\*) Cum, vigore 1, 659. 14, 715. 7, 723. Comitii salutarem levandorum gravaminum Regni remedium habeantur, eorumque objectum, quidquid ad publicam salutem refertur, constituat; profecto et mediorum promovendae Culturae Montanae pertractatio eo pertinet, citra attrectationem, potius pro conservatione Jurium Regi reservatorum ex Jure Regali Minerali promanantium 22. 1791. Universae leges in materia Montanistica in Comitiiis latae ad haec Capita reduci possunt: ad Jurium Regis ex Regali Minerali consequentium explicationem, conservationem, et gravaminum, in eorum conformitate abolendorum, petitionem.

et eo contentos Districtus Montanos se extendunt, hae, contra, ad aliquos dumtaxat referuntur.

§. 17.

*Universales: a) Ordinatio Mont.*

Leges Universales sunt:

a) Ordinatio Montanistica Regni Hungariae, seu Codex Maximilianicus; a Maximiliano II. Imperatore et Rege anno 1573 editus, et Rescripto ejusdem de 16. Febr. e. a. ad VII Montanas Civitates, cum adnexis eidem Dilucidationibus promulgatus. Quamvis vero titulus primae editionis, (cujus exemplar ab ipso Imperatore subscriptum in Archivo Judicii Mont. Schemnic. existit) eam ad VII Montanas Civitates expeditam, et iis inscriptam esse perhibeat, universalis nihilominus legis vi polle-  
re hanc Ordinationem, et Prologialis ejusdem Articulus, et ejus Epilogus, tum continua in Foris Mont. Hung. praxis, \*) item 108. 723. \*\*) extra omne dubium ponit, cui 56, 715; et 40, 741 suffragatur; nisi ei vel subsequae leges, vel Consuetudo, vel Statuta Mont. derogarunt,

---

\*) Quippe per continua Saecula in Foris Judiciariis secundum eum jus dictum; in Comitibus ad eum saepe numero, in specie 1812, provocatum; argumentum, quali ipsius Tripartiti sola auctoritas nititur.

\*\*) *Judicia Montanistica, secundum privatas eorumdem leges, ultra Saeculum stabilitas, in suo esse permanent* per: privatas eorum leges, non alias, quam Codice contentas, intelligendas esse, cum alia produci nequeant, tanto a fortiori laetentur est ex combinatione anni latae legis, cum natali Codicis (1573 cum 1723.)

vel eam abrogarunt. I. 5. prout plura ejus sancita subsequis BB. Resolutionibus abolita esse, in tractatu operis comperiemus. — Secunda editio Codicis prodiit: 1703. tertia, 1760. quae 1805 Viennae typis Caes. Reg. Aulicae Typographiae vulgata, correctior, et venustior est. Ordinatio haec constat XLVI. Articulis, in §phos plures, jam pauciores distinctis; singulorum Articulorum rubricae ad Calcem operis hujus adnotatae habentur. Versionem ejus latinam adornavit D. Matthias Osmitz Fiscalis Regius olim Schemnic. cujus usuabilitati, praeter: quod audentia destituatur, et alii, queis laborat, detrahunt naevi; exemplar ejus paullo correctius exstat in hujate Bibliotheca Academica. Adnectitur Codici duplex Confirmatio Ordinationis Sylvanalis Anno 1565 latino idiomate edita sub titulo: „Constitutio Maximiliani II. R. I. juxta quam silvae, nemora, et saltus Civitatum Regni, ac ditionum jurisdictioni ejus adnexae, caedi, foveri, ac propagari debeant.“

§. 18.

*Reliquae.*

Universalibus accensentur: *b)* „Constitutiones circa exercitium Regalis Metallifodinarum, in fundis tam publicis, et Dominiis Regiis, quam in bonis privatorum,“ de Anno 1781. typis editae; quae tamen vim plenam legis nondum sortitae. *c)* Instructio Manipulationis Montanitico-Judicialis, de Anno 1783. *d)* Systema Montanistico-Judi-

ciarium de Anno 1789, qua lege B. Intimato E. Cons. L. H. de 10. Jan. 1789 publicata per 11 §phos regulantur Judicia Mont. adjungitur novum Taxatorium Feud. Mont. et poenarum Fiscalium elenchus.

§. 19.

*Leges speciales.*

Speciales Leges pro Districtu Mont. Hungariae Inf. sunt: a) Declarationes Schemniciensis et Cremniciensis, Ordinationi Montanisticae adnexae; ad quarum genuinam notionem, vimque, et auctoritatem Fori probe animadvertendum est.

§. 20.

*Quid sint Dilucidationes Cremnic. et Schemnic.*

Declarationes hae nequaquam sunt explicatio Ordinationis Montanae, secus fieri haud posset, ut ei contradicant, nec Legislatorem obscure, et non intelligenter locutum fuisse, praesumi potest. \*) Verum: sunt cae Excerpta ex vetustissimis Statutis a Juratis Urbium Cremnic. et Schemnic. jussu Belae IV. 1235 theutonico idiomate conditis, \*\*) quae ho-

---

\*) Obscuritas enim, quam in Codice deprehendunt, vel ex ignorantia Culturae Montanae, vel aetate, qua multi termini exolvere, repetenda.

\*\*) Continent ea Articulos 40; de Conf. Fodinis, decid. Controv. Fodin. Editio Diplomatis incidit intra tempus regiminis Belae 1235 — 70. Dubitari de ejus avtentia ob

diedum ceu venerandae antiquitatis monumenta \*) in Archivo L. R. Mont. Civitatis Schemnic. asservantur, Codici Maximiliano adnexa, et eodem tempore edita promulgataque.

§. 21.

*Quibus latae.*

Declarationes septem Montanas Civitates, et quidem Cremniciensis, Cremnicium cum Regiomonto (Ujbánya) Schemniciensis, reliquas, nempe praeter Schemnicium, Neosolium, B'aka - Belo-bányam, et Libethum respiciunt, illa in 22, haec 26 Articulos, in §phos plures jam pauciores distinctos, tribuitur.

§. 22.

*Vim jam legis Statutariae.*

Pro diversitate Casuum diversa quoque Juris, et Fori est harum Declarationum auctoritas. Eae vel collidunt Codici, (uti III. 1. O. M. IV. 1. D. C.) vel mutuo sibi opponuntur; in his Casibus, vim Legis statutariae, proin in-

---

defectum dati posset—at auctoritas duorum Regum Ferd. III. et Ulad. II. qui in suis Confirmatoriis 1635 et 1513: sibi Statuta et Privilegia praesentata esse; eorum in utroque Confirmatorio Diplomate verbalis tenor, denique Diploma Ferdinandi I. 1549 eam abunde comprobant. ajo: antiquitatis dumtaxat, non usus causa asservari; siquidem in dubiis non ex iis, utpote Originali per legislatorem abrogato, verum ex Codice legislatoris, a quo vim nactae legis, interpretationem faciendam esse, superiora docent.

tra ambitum dumtaxat respectivarum Communitatum obligantis, legisque specialis, habere eas, et B. Res. de 28. Maii 1779, et 10. Jan. 1780 in fine, extra dubium ponit „cum, ut Cit. Res. innuit, alias definiri nequiret, quid proprie hic, quid alibi, Juris sit.“

§. 23.

*Jam Legis Subsidiariae habent:*

Contra: si materiam Codice non contentam utraque, vel alterutra pertractet, (c. c. de aurae Fodinalis meatu et pressione aquarum Fodin. Art. IX. D. C.) vel argumentum Codicis uberius explicent (ita Artic. III. O. M. de praerog. Cunic. haered. §phis 11 constans, Art. IV. D. C. per 6 Sect. et II. D. S. §phos 38 explicatur) in his Casibus easdem vi legis subsidiariae, proin universalis (§. 17.) pollere, ex Artic. I. 4. et 5. O. M. et B. Res. de 21. Apr. 1801. luculente evincitur. \*)

---

\*) Declarationes, quas Ordinationi Mont. subsequas vel synchronas fuisse Art. I. D. C. clare innuit, simul cum Codice observandas docet Cit. 1. 4. O. M. „omnia negotia huic novae Ordinationi, et ei adnexae declarationi conformiter, et in quantum Metallifodinas concernit, et Ordinatio Mont. memorataque Declaratio admittit,“ item Cit. 5. „debeant velintque ejusmodi Controversias per infra adnexas Declarationes veterum suarum Ordinationum Mont. exaequare, decidere et judicare,“ denique Ejusd. §pho 6. „dum adeo perplexae quaestiones incidunt, de quibus in hac nostra, et ante veteribus, nunc vero declaratis Ordinationibus expressi Articuli, seu puncta

§. 24.

*Rescripta Articulatoria.*

Ad speciales porro leges referuntur Rescripta Articulatoria, utpote queis condendis Articulus 40. 741. occasionem dedit, et die 9. Junii 1747 ad singulas VII. Montanas Civitates cum speciali declaratoria Resolutione expedita, et Codici rec. Edit. adnexa, sub Rubrica: Constitutiones et Rescripta M. Theresiae etc. Concernunt ea partim electionem Mont. Magistri et Assessorum, partim distinctionem Jurisdictionis Civicae et Montanisticae pro ratione Classium personarum in memoratis Urbibus commorantium Forum Mont. vel Civile pure vel mixtimum attinentium; porro Politiam Mont. et Cynosuram, ut intuitu personarum Foro Mont. obnoxiarum in Criminalibus procedendum sit; quae ratio mercedis Cultorum Mont. et Fodinarum etc. etc. quae quamquam pleraque omnibus exemplaribus communia, quaedam tamen singulis pro localium adjunctorum ratione specialia occurrunt; quod §pho 1. Civitati Schemnic. inscribitur, caeteris amplius est.

§. 25.

*Reliquae.*

His accensentur: c) Ordinatio S. Ca-

---

non continerentur“ etc. etc. ex quibus apertum est; legislatorem ad Ordinationem suam et Declarationes *Conjunctive* se referre, utrasque observari voluisse; determinatamque suam voluntatem utrique alligasse.

merae - Grafiatus de 9. Julii 1753. Complectitur ea generalem Judiciorum et Feudorum Mont. in Districtu I. II. regulationem, explicat materiam de Feudis, eorum Collationibus, mensuris etc. atque pro Normativo in Jure Feudali Mont. habetur. d) B. Resolutio de 8. Martii, et 20. Junii 1792. intuitu Mensurarum Cunicularium ad dimidium superficiei camporum Fodinalium reductarum. e) Complures BB. Resolutiones ab Excelsa Camera Aulica in Monet. et montanist. medio S. Camerae Grafiatus Officii ad Judicium Mont. Distr. Inf. Hung. expeditae, largum et uberem Juris Metallici Hung. fontem constituunt, quod plurima ejus objecta, et leges, per cas, et ex iis interpretationem, confirmationem, aut modificationem sortiantur. \*)

§. 26.

*Comitiales.*

Leges Metallicae Comitiales (§. 15.) promotionem et incrementum Culturæ Montanæ, velut efficacis communis felicitatis medii, respicientes, a Regibus Hungariæ in publicis Regni Comitibus latae, in Corpore Juris patrii et plurimae et saluberrimae continentur, quarum Cognitio et intpretatio historicam

Ju-

---

\*) BB. has Resolutiones ab anno 1745 usque 1805. editas ab Exc. Consilio R. L. H. hujati Reg. Academiae in vidimata Copia transmissas in Extractu exhibet Adp. III.

Juris Metallici patrii scientiam adjuvat, constansque Regum nostrorum Juris Regalis in quibusvis partibus suis exercitium, eorumque, et Regni Statuum, solers rei montanae, et minerarum Culturae, cum publica salute tanto pere nexae, quovis tempore studium, luculente ab oculos ponunt.

§. 27.

*Historia Culturae, et Juris Mont.  
sub Regibus Árpád.*

Primum Monarchiae Hungaricae statorem divum Stephanum, dum Libri II. C. 6. de Regali non attrectando loquitur, Regalis quoque mineralis rationem habuisse probabile redditur; cujus aequae studiosum fuisse Stephanum V. privilegium ejus de anno 1271, Scepuisiis datum, quo veniam quaerendi mineras, salvo tamen Jure Regali iis largitur, \*) perspicuum reddit. Dynastiae Árpád Reges, plures leges metallicas tulisse, et sub iis ab exteris rei montanae cultoribus allatas \*\*) sua sanctione domesticas effecisse, ex iis, quae patrii Anna-

---

\*) Apud C. Wagner in Anal. Scepu. T. I. pag. 189, — „Ipsis petentibus hanc concessimus gratiam: quaerendi mineras, inventa colere, et suis usibus adplicare, salvo Jure nostro, dedimus potestatem.“

Sanc: „Geysa II. Saxones, Flandros, aliosque Teutones hospites circa 1142 sub sponsione certarum libertatum in Hungariam et Transsilvaniam evocavit; sub Béla IV. fodinae cumprimis per plures et artis peritiores coli coeptae, paullo plus, quam ante Regibus utilitatis attulere.“ Palma Notitia rerum Hung. P. I. p. 687

les memorant, colligitur; verum eadem harum, quae plerarumque ejus aetatis, legum, sors erat, nullae praeter Belae IV. Diploma ad nos pertigerunt. —

§. 28.

*Sub Regibus Periodi mixtae.*

Caroli Andegav. rei montanae ad meliorem normam reducendae studium, Decreti ejus de anno 1342 §. 12, 16, 26, 34, 43, 47 et 48. quae Jurisdictio Camerae Grafii in monetariis definitur, perhibent. \*) Sub ejus filio Ludovico M. 13, 1351 statuit: „Ut Nobilium possessiones, in quibus minerae reperiuntur, Rex absque aequivalentibus possessionibus non auferat, quas, si pro Concambio habere nolit, Jus Regale, seu Urburas, Juri Regio debitas, suo nomine administrari faciat.“ Non minus aerarii studiosus ejus generis, Sigismundus D. II. 21. sanxit: „Ut aurum et argentum in monetam non conversum omne, Camerae, pretio statuto praestari debeat,“ qua lege Jus reluendi luculente continetur; Ejusdem III. 13 habet. „Ut possessiones, in quarum metis minerae sunt, Rex a Nobilibus non auferat, dimidium vero Urburae, ob auctos fodinales labores relaxet, reliquam dimidiam partem extra Regnum ferre, aut promiscue vende-

---

\*) Carolus Saxones in Hungaria et Transsylvania novis adjuvit animavitque privilegiis, quorum res privatae, non sine publici aerarii emolumento paullo diligentius augeri coepere, cit. Palma P. II. p. 72. quae privilegia refert Cl. Carolus Wagner in Anal. Scep. P. I. et II.

re non liceat, sed aut Camerae ad emendum dare, aut in usum suum convertere teneantur.“ Alberti 6. continet liberam Regis de proventibus minerarum, et cusione monetarum dispositionem, perque domesticos Officiales administrationem; — Matthiae D. VI. 49. Ludovici, et Sigismundi dispositio confirmatur, prout et sub Uladislao II. factum; quamvis D. I. 50. exceptis Salinis et Jure Urburae, Nobilibus, privilegiis de super provisio, in suis possessionibus mineras colendi, et ex iis fructus percipiendi, secundum annuentiam, indulta, et donationes Regum, venam impertierit —, sub Ludovico II. jacenti Culturae Montanae consulendi conatus, latae complures leges indicant: 18, 1518 libertates Montanis Civitatibus confirmatae, et immunitas telonialis minerarum Cultoribus data; 13. de modo et conditionibus agitur, quibus Cultura montana ad pristinum statum, floremque reduci possit; D. III. 7. Camerariis fodinas colere vetatur, et 9. pretium cambiale auri et argenti, quod sub Matthia obtinuit, restituitur; \*) D. V. 39. Exteris et domesticis mineras colendi facultatem largitur. VII. 5 et 6 de proventuum Regionum administratione et perfidorum poena agit.

§. 29.

*Sub Regibus Austriacis.—Ferdinandus Culturae Mont. restaurator.*

Quanta Regibus ex Domo Austriaca restau-

\*) „Quibus praemissis observatis, Cultores Montanarum qui aufugerunt, revertentur, multiplicabunturque, et decies plus de auro et argento Regia Majestas aique Regnum istud habebit.“

randae, injuria superiorum temporum convulsae; Culturae montanae cura fuerit, editae sub iis saluberrimae ordinationes, et leges palam faciunt.—

Quam promovendae Culturae montanae curam Ferdinandus I. in responsi sui §pho 16. ad Art. 50, 1545. \*) professus est, eam editis saluberrimis Ordinationibus \*\*) et sancitis, ubertim testatus est. Memorabiles sunt Leges D. II. 55 et VIII. 49 per quas, libertates Mont. Civitatum, tam in genere, quam in specie teloniales, confirmantur — regnante hoc Principe, patria funesto bello adflicta, in gravi discrimine versabatur, summa erat exigendorum subsidiorum necessitas, Incolae nihilominus Mont. Civitatum ad colendas fodinas necessarii, a contributione exempti 546. 13 §. 3. declarantur; eadem privilegia 50; et 56, 548. 78, 550. 31, 552 renovantur, quo statuitur: ut periti Officiales; etiam si ex-teri, Culturae montanae admoveantur; D. XIII. 36. in erectione novarum fodinarum Decreta Generalia, et privilegia Statuum observanda, Rex obtulit; quo refertur XIV. 29, et XVI. 9.

§. 30.

*Maximilianus novae Epochae auctor. — latae per eum leges.*

Maximilianus latis sub se pluribus legibus,

---

\*) „Culturam, augmentum, statumque florentem Montanarum cumprimis sibi Curae esse — se modis omnibus provisuram, ut Culturae mont. bene — prospiciatur.“

\*\*) Quibus Oeconomiam politicam generatim correxit; monopolium Cupri Fuggeris et Thurzonibus ademit, Culturam mont. excitavit.

sed praeprimis edita a se Ordinatione Montanistica (§. 17.) novae in Jure Metallico Hungarico epochae auctor est. — Decreti I. 10. evectio auri et argenti in Poloniam, et aliorum vetatur, utque Rex in Scepusio homines ad relationem argenti admittat, exorat, II. 12 ne Carbonarii aliique montani laboratores taxentur, D. VI. 19. Ut in bonis Nobilium et Dominorum consveta de fodinis minerarum Urbura exigatur, „renuentes Director citandos ouret, et solito Jure cum iis agat.“ Rudolphi D. VIII. 20. supplicationes Mont. Civitatum Majestati commendantur; D. IX. 42. de mediis rem montanam promoventibus agitur; cumque Matthiae a. Coron. 22. item D. II. 54. decretum sit: Ut qui pecunias ad Fisci bona, et mineras dedere, conformiter Ulad. D. VII. 2. eas amittant, et minerae, fodinaeque proventibus Regiis incorporentur, idcirco Ferdinandi II. 46, 622. sanctio haec renovata, et „ut eadem fodinae gratis redeant, sancitum: cum pecuniam de earum proventibus iteratis vicibus excepisse comperiantur; 1625—42.“ Ne officiales Camerae Neosoliensis Regnicolas in comparandis cupreis vasis impediunt. „Ferdinandus III. B. Resolutione de 20. Julii 1656 indultu majoris summae relationalis Culturam mont. excitavit \*) Leopoldi D. I. 58. Art. cit. Ferd. II. confirmatur; Eodem 48. Officiales Fodinarum et

---

\*) „Ad excitandum constantem eultivandi animum Urburariis in deperdito constitutis, usque compensationem et anno adhuc ultra Argenti 15. S. V. Marcam 8 Imperialibus in Camera Regia reluendum esse“, Praefat. ad *Ord. Mont.*

Urburarii in objectis extra Montanisticis, facto utpote, violentiali et damni, Jurisdictioni Comitatum subjiciuntur, qui D. II, 33. ad Montanas Civitates extensus, eodem 44. Lapididae, Carbonarii, Metallicolae, in Silvis extirpatis agros et praedia sibi vendicantes, medio Commissionis corrigantur.

§. 31.

*Sub Carolo III.*

Id genus Commissiones opportunum rem montanam promovendi remedium deinceps censitae, saepiusque ordinatae fuerunt. — Jam sub Carolo III. 1715 Art. 56. nova intuitu querelarum adversus excessus Officialium montanisticorum decreta est. „Ut Controversiae secundum patrias leges, ad exigentiam Juris Montanistici dirimantur;“ Art. 43. Immunitas Quarteriorum et condensationum militarium Montanis Civitatibus „nisi ratio temporis aliud exigat,“ „stabilitur; eademque a communi onere 65, 1723. eximuntur; porro Art. 108.“ Judicia Montanistica, secundum privatas earum leges, ultra saeculum stabilitas, in suo esse maneant, qua lege Confirmatoria, et Rescripto declaratorio de 28. Maii e. a. Lucemburgo, Ordinatio Maximiliana de novo confirmata est (§. 17.) cum nonnulli sinistra interpretatione memoratam legem de Jure vineali montano, non vero minerali, in praejudicium Juris Regalis intelligendam existimaverint, \*) Art. 96. 1715 specificata loca communi

\*) Adnotante D. Mulz de Valda in suo opere M. S.

onere subjiuntur, in ratione, qua in medio Comitatum possessiones habent, nequaquam ad personalia.

§. 32.

*Mariae II. de Cultura Montana  
merita.*

Maria Theresia tam latis in Comitibus legibus, quam editis ad VII Montanas Civitates Articularibus Rescriptis, pluribusque BB. Resolutionibus Systema Montanisticum reformando, condita in medio bellorum celeberrima Academia Montana Schemnicii (1760) in hoc quoque publicae administrationis ramo immortalem se reddidit.

§. 33.

*Latae sub ea leges.*

Decreti I. 12 propositum Majestati: quo ad Causas circa fodinalia ad Judicium Montanum pertinentes, in via Adpellationis ad Sedem Tavernicalem traducendas; quod post Diaetam se perpensuram eadem promiserat; Art. 14. statutum: Ut res Salinaris et Montanistica Camerae Hungaricae subordinetur; et Art. 40. in argumento gravaminum ex parte Montanarum Civitatum contra Judicium Montanum et Officiales Camerales dispositum est. „Ut Commissarii finita Diaeta, in facie loci investigationem et disquisitionem suscipiant: qualiter pro exigentia Juris patrii, et Montanistici abusus et excessus tolli possint; relationem genuinam, et fidelem

benignae Majestatis determinationi submissuri,“ qua eidem substrata, die 9. Junii 1747 ad singulas VII Montanas Civitates Articularia, sic dicta, Rescripta (§. 24.) emanarunt, editoque 1760 Codici Maximiliano adnexa, Judicia montana in meliorem ordinem rede gere; denique 18. 1751. Jurisdictio Comitatum in Nobiles Montana incolentes, quod ad Causas, et actus pure personales, salva maneat; 30mus de remedendis Civitatis N. Banyae querimonis necdum complanatis disponit. —

§. 34.

*Novissima Culturae Mont. incrementa.*

Indefessum Augusti Fratris promovendae Culturae montanae studium \*) prosecuturus Leopoldus II. relicta interea causarum montanisticarum ad Suprema, ad quae sub priore regimine (1788) devoluta erant, Regni Tribunalia promotione, adjunctoque iis, qui illis in Jure referendis vacaret, Referente, Art. 22. sanxit: „Legum Montanisticarum reformationem, nec non Judiciorum Montanisticorum constitutionem, et coordinationem comitaliter determinandam, oeconomica rei montanae regulatione, velut suo Regali, privato suo arbitrio reservata.“ Articulo vero 67. inter Deputationes reformando Systeme-

---

\*) BB. suis Resolutionibus pluribus, et in specie BB. Patent, de Anno 1781.

mati Regiminis destinatas, una e peritissimis rei montanae viris sine elaborandi perfecti Systematis Montanistici erecta, erga cujus propositionem, et Serenissimi Principis, Regni Palatini, ac Camerae Aulicae, repraesentationem, Camporum fodinalium deinceps conferendorum, ad dimidium superficiei restrictionem, pro jure sibi reservato decernendo (§. 25.) meliori Culturae montanae intendit.

§. 35.

*Et adjumenta.*

Ab hujus demum operis revisione et approbatione res montana Hungarica, sub glorioso Francisci Imp. et Regis regimine, amplissimum incrementum sperare potest; qui, multiplices inter, gravissimasque, ex cunabulis imperii sui curas, amplificandae, et ad florem perducendae Culturae montanae studiosissimus princeps, per locupletatam novis Scientiarum Cathedris Academiam Montanam Schemniciensem, per inductam novo litterario Systemate (1806) in Regiam Universitatem, et Academias ordinariam Juris Metallici Cathedram, per notabilem Summae relationalis pro auro et argento elevationem, \*) et novissimo B. Decreto de 11. Maii 1815 plenam ejus in aere Conventionali exsolutionem votis Statuum et Ordinum Regni \*\*) deferendo, conditionem et cultivandi potentiam Urburario-

---

\*) B. Res. de 10. Sept. 1808.

\*\*) In humill. Repraesentatione SS. et OO. quo ad Urburariorum querelas de 21. Dec. 1811.

rum adjuvando, perenne promovendae Culturae montanae sollicitudinis suae statuit monumentum. \*)

§. 36.

*Consuetudines.*

Alterum Jurium et Obligationum Metallicarum fundamentum constituunt *Consuetudines* (§. 6.) quas legitime inductas, et suis requisitis instructas, (ibid.) vi obligandi in Jure aequae Metallico Hung. pollere Art. 1. §. 4. et 5. O. M. expresse innuit, earumque in diversis casibus decidendis rationem habendam esse eadem Ordinatio in plurimis locis disponit, in specie: A. VIII. §. 1. XV. 4. etc. \*\*)

---

\*) Juvat hic eruditionis gratia Leges Mont. in aliis Ditionibus haered. Austr. subjicere. In Bohemia, in qua Jus investiturae mont. Rex in Status transtulit, qui et propria Judicia Mont. erigendi facultate gaudent, observatur: 1) Edita a Ferdinando I. Anno 1548 Joachimo — Thalensis Ordinatio Montanistica cum eidem adnexa Schlackenwald. Plattn. Gottesgab, et Hengst. Stannifod. Ordinatione. 2) Subsequae Reformationes et Declarationes, uti Rudolpho — Kuttenberg Mont. Reformatio de Anno 1604. 3) Diversae tacito legislatorum consensu inductae Mont. Consuetudines, particularia Statuta, quatenus hodiernis adjunctis applicabilia sunt. Pro Moravia et Silesia Ordinatio Igloviensis, pro Austria Ferdinanda, pro Galicia Joachimo — Thalensis praescripta est.

\*\*) Decisiones Judiciarias, si non Juris necessitatem, saltem congruentiam in Judicando efficere ex Art. XXXV. 14. O. M. elicitur; Responsa vero Scabinautorum Montanisticorum Jure Saxon. usitata, in Hungaria nec lege, nec Consuetudine inducta sunt.

C A P U T III.

*De Subsidiis Juris M. H. et ejus Utilitate.*

§. 37.

*Subsidia generatim.*

Subsidia Juris Metallici plura sunt et varia; eorum alia necessaria, alia utilia, generatim ad ea referuntur: Scientia Metallurgica, disciplinae auxiliares, Mappae Fodinales, et Scriptores.

§. 38.

*Scientia Metallurgica.*

Scientia Culturae montanae pro ratione adjunctorum plus minus necessaria, \*) semper vero utilis est ad Jura de diversis objectis montanisticis intelligenda, et leges de iis agentes ad obvenientes casus adplicandas, (§. 2. et 11.)

§. 39.

*Jus Naturae.*

Non minus certum est: Jurisprudentiam Metallicam, absque aliarum Juris disciplinarum Cognitione mancam fore; in specie: Juris Naturalis; cum enim Jus Metallicum omne, Jus sit particulare, operam sane in ea perditurus est, quis quis absque solida Juris et legum naturalium, utpote Universalium, cognitione eam tractandam susceperit.

---

\*) Plura Juris utriusque Metallici Capita, v. g. de dimens. operum Metall. absque praevia Culturae Mont. cognitioni obscura sunt.

§. 40.

*Jus Patrium.*

Quantus Juris patrii, tam publici, quam privati, in Jure nostro usus sit, facile perspicitur; cum enim Jus Regale minerale, objectum Juris publici, ex principiis Juris publici Univ. et patrii particularis definiendum sit, et in negotiis non Montanisticis, de quibus Leges Metallicae nihil disponunt, Cultores minerarum, utpote Cives Regni, communi lege teneantur, et 56. 1715, item 40. 1741, Controversias montanisticas ad exigentiam Juris Montani, et legum patriarum exigendas jubeat, denique cum continua Jurisdictionum Civilis, et Montanisticae correlatio sit, et praeliminaris delictorum Crim. cognitio Judiciis Montanis competat, Juris patrii tam Civilis, quam Criminalis, necessitas suapte intelligitur.

§. 41.

*Jus Romanum.*

In Statibus, in quibus Justinianus fori auctoritatem nactus, et hodieum controversae Juris Metallici quaestiones ad principia Juris hujus locupletissimi exigi solent, major in Jure Metallico usus est; in Jure Metallico Hungarico, eandem, quam in Jure communi, praestat utilitatem.

§. 42.

*Politico — Camerales Scientiae.*

Nec minor disciplinarum Politico — Camera-

lium usus esse debet in studio, cujus cognitio arcto eum politico Oeconomico—Cameralibus objectis nexu jungitur (§. 17.) quorum tractatio et cognitio absque principiis politicis haberi nequit.

§. 43.

*Reliqua*

Mapparum Fodinalium rite confectarum usus frequens est in prosequendis et decidendis coram Foro Metallico controversiis, ope quarum implicatissimae saepe quaestiones resolvuntur et delucidantur— cum leges in specie Metallicae idiomate germanico, eoque vetere Montanistico, conscriptae sint, ejus cognoscendi illucet necessitas— denique operis Deputationis Regnicolaris (§. 34.) et aliarum Ordinationum Montanisticarum (§. 36. sub\*) etiam exterorum Statuum, perfectionis laude insignium\*) solertem lectionem in Jure Metallico Hungarico proficuum esse perspicitur.

§. 44.

*Scriptores*

Systematicum de Jure Metallico Hung. (pötlus Germanico—Austriaco) opus apud nos conscripserat: J. Thadaeus Peithner Philos. Doct. Cons. et Assessor S. C. Officii, in Acad. Mont. Schemnic. Juris Mont. et Praxeos Prof.

---

\*) Talis est Ordinatio Mont. Bavarica, cum adnexa Mont. Declaratione edita Anno 1784. — Collectionem Ordinationum Mont. praecipuarum exhibet: Corpus Juris Metallici editum a Thoma Wagner, Lipsiae 1791.

Publ. 1773 \*) opus in MS. meo 70 amplius phyliras complectens, multa hodiernae aetati parum adcommodabilia prolixè prosequitur; habetur et ejus *Compendium*. — Alter, qui pro superiore potissimum Hungaria montana eruditum contexuit opusculum \*\*) erat Georgius Mulz de Valda Officii Mont. Szomolnok. Inspector, illudque in 3 partes, secundum praecipua 3 objecta Juris, dispescuit. Systematice Jus Metall. Austriacae elaboravit: Josephus Tausch J. u. D. sub titulo: das Bergrecht des Oesterr. Kaiserreiches, Klagenfurt 1822. item: J. Jung Prof. Vindob. — cum utilitate legi potest classicum in re metallurgica opus: Christophori Delius Anleitung zu der Bergbaukunst praesertim Editioni Vindob. 1773 adnexa Dissertatio: Abhandlung von den Grundsätzen der Berg = Kameral = Wissenschaft. In Terminologia Montana explicanda usui servit: Christoph. Hertwig J. U. D.

---

\*) Titulus operis est: Vorbericht über die Einleitung in die allgemeine und besondere Bergrechte des H. Römisch. Reichs, des Königreich Hungarn und Böhmen, dann des E. H. Oesterr. Reichs mit denen zu diesen Ländern gehörigen Provinzen.

\*\*) Kurzer Auszug der Maximilianischen Berg = Ordnung auch Kremthzer und Schemthzer Erläuterungen nebst einigen beigelegten in Berg = Sachen ergangenen Landesfürstl. Mandaten und Rescripten.

Adnot. Litteraturam Juris Metallici praesertim Saxonici complexus est A. W. Köhler in sui operis: Versuch einer Anleitung zu den Rechten und Verfassung bei dem Bergbau in Ch. Sachsen Freyberg 1786. Capite II. Serie Chronologica, in quo Clarissimorum Juris Metallici peritorum: I. Deuceri, Seb. Spanii, Abr. Schönbergii, Hertwigii, Hornii, Bausei, Beyerii etc. merita et opera recensentur;

*Neues vollkommenes Bergbuch*, in quo vocum explicatio multarum, et ex Ordinatione Mont. Hung. petita deprehenditur.

§. 45.

*Necessitas, et Utilitas Juris M. H.*

Multifaria Juris Metallici Hungarici necessitas est, et utilitas. Cum primis: *Judicibus* et *Officialibus Montanis*, illis in *Jure dicundo* exacta legum, queis obvencientes species adplicandae, notio absolute necessaria; hos vero, cum *Systema Culturae Montanae* absque legum, intuitu ejus latarum, *Cognitione* perspicere nequeat, (§. 11.) facile patet: utilem ei administrandae absque ejus praesidio operam navare haud posse. 2. Illis, qui *Supremo Collegio Oeconomico* olim admovendi; Cum enim proventus minerales partem *Camera-rium* constituent, horum perceptio ab exacta eorum administratione *Oeconomica*, quae *Juris Metallici* cognitionem deposcit, pendet. 3.) *Advocatis* causas *Montanisticas* coram. *Excelsa Curia*, cui eae, ceu *Foro adpellatorio et Revisorio*, subsunt, promoventibus. 4.) *Fiscalibus Regiis*: cum *Regale minerale* inter *Jura Fisci*, quorum defensores sunt, referatur, *Juris* de eo agentis cognitio ad muneris sui complementum necessaria est; sed et *Dominales* ad casus venire possunt, in quibus sibi proficua ejus notitia.— 5.) *Viris Comitialibus*, quippe cum *Cultura Montana* objectum quoque *Comitiorum* esse possit, (§. 15.) et vigore 22. 1791 legum

Montanisticarum reformatio, nec non Judicio-  
rum Montanisticorum constitutio et coordinatio  
Comitialiter determinanda sit, facile patet: Co-  
mitiali viro, nisi in tractatione similium objecto-  
rum mutus esse velit, Juris Metallici, praeser-  
tim publici, scientiam necessariam esse. 6.) Ju-  
ris dictionum Civilium Officialibus:  
\*) quae saepe in objectis cum Cultura montana  
nexum habentibus officiosum commercium fo-  
vent. 7.) Ipsis Metallifodinarum Cul-  
toribus, et partes fodinales possi-  
dentibus publicas et privatas suas obligatio-  
nes metallicas nosse perquam necessarium est.

---

\*) Ad Collisiones evitandas; quae iteratis BB. Rescriptis  
ansam dederunt.

# Juris Metallici Hungarici.

## Pars II.

### Principia Juris Metallici Publici.

#### C A P U T I.

#### *De Jure Regali Minerali in genere, in specie Hungarico.*

##### §. 46.

#### *Quid Jus Regale Minerale.*

**O**mne Jus in bona publica, cujus exercitium solius Imperantis arbitrio cum exclusione subditorum competit, eminentis, vel regalis nomine venit. (Illust. Car. Martini de Jure Civ. cap. VII. 169.) Jus Regale Minerale (subterraneum) consistit in jure mineras in territorio Civitatis exquirendi, colendi, et de iis pro arbitrio disponendi (cit. 171).

##### §. 47.

#### *Ex eo Jura subalterna.*

Ex notione Juris R. M. sequentia subalterna jura derivantur: 1) Jus culturam montanam sibi reservandi, et exercendi. 2) Facultatem mi-

neras colendi aliis impertiendi sub conditionibus sibi visis, seu Jus investiendi. 3) Normam culturae minerali praescribendi, seu Jus leges Metallicas in specie (§. 16.) ferendi. 4) Ordinationes intuitu custodiendi interni ordinis faciendi, seu Jus Politiae Montanisticae. 5) Lites et Controversias intuitu culturae montanae ortas cognoscendi et decidendi, seu potestas montano - Judiciaria. 6) Officiales oeconomico-politico-Judiciarios montanos constituendi, seu Jus munerum montanisticorum. 7) Cultoribus minerarum onera imponendi, Canonem metallicum exigendi, relaxandi, remittendi, seu Jus Urburae. 8) Minerarum relucendi (cambiandi) et de earum pretio, commercio, adplicationeque disponendi. 9) Rationes de cultura fodinarum, earum redditibus et erogationibus a cultoribus minerarum exigendi, seu Jus inspectionis. 10) Privilegia et exemptiones, minerarum cultoribus vel singularibus, vel integris societatibus montanisticis, conferendi. 11) Abusus in et circa culturam montanam ortos investigandi, tollendi, reformandi.

§. 48.

*Ejus diversitas.*

Jus hoc Regale Minerale pro diversa Statuum politica constitutione diversum est non modo respectu objecti, sed et exercitii. Intuitu objecti se extendit tam ad mineralia, quae species metallorum sunt, quam ad alias minerarum et

fossilium species; ut Salia, terras, bitumina; ita in Anglia, terra Fulonum, Saxonia Porcellana, Hassia, Schistus, Borussia, Succinum, nomine Regalis mineralis, venit.

§. 49.

*Quid in Hungaria nomine Regalis veniat.*

In Hungaria objectum Regalis Mineralis lege positiva, partim consuetudine determinatur. Positiva lege, quaevis mineræ et metalla: aurum, argentum, cuprum, ferrum, omnesque Metallifodinae Art. I. 1. O. M. Ludov. 13. Ulad. 492. 30. Secundum consuetudinem et Semimetalla: Antimonium, Cobaltum, Viride montanum, Alumen, Sulphur, Vitriolum. Salinas Juri Regali accenset Ulad. VII. 3. Opali et Lythantraces diserte a Jure Regali eximuntur, prout patebit suo loco uberius.

§. 50.

*Ejus exercitii ambitus.*

De Jure Regali minerali et ex eo promanantibus Juribus (§. 47.) in Codice legum patriarum plurimae continentur Leges, \*) ex quibus perspicuum redditur: Jus istud inter Jura et notione eorum, quae Reservata adpellan-

---

\*) Praecipuae sunt: S. Steph. II. 6. 342. 16, et 17. Lud. 13. Sigismund. II. 21. III. 13. Alb. 6. Matth. VII. 49, 514. 3. 518. 13. Ferd. resp. §. 16. ad 50. 545. 552. 31. 959. 121. 662. 44, 717. 56, 751. 18 et 30. 791. 22.

tur comprehendi, proventusque Camerac, ad quos Fodinae mineraeque referuntur, \*) omnisque culturae montanae oeconomiam administrationem, legesque intuitu ejus latas, saeculorum observantia roboratas, nusquam Codici patrio insertas, Comitalem sanctionem dumtaxat per 108. 1723. obtinuisse, quam Articulus 22. 791 privato Regis arbitrio, velut Regale suum. diserte reservavit.

§. 51.

*Specificis Legibus probatur.*

Jus Regale Minerale Regibus Hungariae competens in complexu suo describit Art. I. §. 1. O. M. de Jure emin. Imp. — singularia, eaque praecipua ex eo consequentia Jura disertis Legibus patriis continentur, in specie:

- 1.) Jus investiendi 39. 1523.
- 2.) Potestas Judiciaria 1342. 16 et 47.\*\*)
- 3.) Jus munerum 526. 3. 552. 31.\*\*\*)

---

\*) Proventus minerales bonis in specie Coronalibus adnumerat 3. 514. 14. 518. quae utpote natura sua inalienabilia revindicanda docet. Ulad. D. VII. 1. 609. 54. 622. 46.

\*\*\*) Comites Camerarum nostrarum, sub quorum Jurisdictione Montana habentur, „praefatus Magister Tavernicus, ex parte ejusdem justitiam faciat nostra auctoritate mediante.“

\*\*\*) Ut statim eligatur per Regiam Majestatem probus Thesaurarius, qui omnia Montana gubernet et dirigat — si Majestati placuerit — quod in suo officio non turbabitur.

„Contenti sunt Status et Ordines, ut fodinarum, et minerarum cultura per officiales ejus rei peritos, etiam si externi fuerint, curari possit.“

- 4.) Jus Urburae Sigis. D. III. 3. Matth. D. VI. 49, etc. \*)
- 5.) Jus mineras cambiandi Sigis. II. 21. \*\*)
- 6.) Libere de proventibus minerarum disponendi facultas 1439. 6.
- 7.) Abusus tollendi et investigandi. Ferd. resp. §. 16. ad 50. 1545. \*\*\*)

## C A P U T II.

### *Systema Administrationis Culturae Mont. Hung.*

#### §. 52.

#### *Administrationis publicae necessitas.*

Ut cultura montana opportuna, publicoque, et privato emolumento adcommoda ratione suscipiatur, una et Regale Principis in debito ordine, et optato effectū conservetur, ab eo personae constitutae habentur, quae partim singillative, partim collective (Collegia, Officia) tum in universo, tum in specie, culturae montanae intendunt, et moderantur; quorum attributorum complexus: forma interna, activitatis objectivae et subjectivae ambitus, mutuaque relatio, *S y s t e m a A d m i n i s t r a t i o n i s M o n t a n i s t i c a e*, ceu partem Systematis culturae montanae

---

\*) Aurum et argentum omne debeat Camerae praesentari, pro pretio vel pretiis limitatis.

\*\*) Dimidium urburarum relaxat de plenitudine pietatis, et gratia speciali.

\*\*\*) „Ipsius et non alterius officio incumbere, abusus aut necessitates reformare.“

(§. 11.) constituit, cujus praeviam notitiam ad solidam Jurium metallicorum cognitionem necessariam esse perspicuum est, (cit. Spho in fine.)

§. 53.

*Divisio Hungariae Mont.*

Hungaria omnis montana divisa est in Praefecturas (Districtus vulgo dicimus,) quae cunctos Regni Comitatus, et adnexas provincias complectuntur. Tales vero sunt quatuor, a praecipuis in iis culturae montanae sedibus nominatae, nempe: Schemnicensis, Nagy-Bányensis, Szomolnokiensis, et Oraviczensis seu Banatica. Ambitus Jurisdictionum et activitatis horum Districtuum B. Res. 1789 definitur sequens:

a) Schemnicensis complectitur Comitatum: Posen. Sopron. Szala, Castrum ferreum, Veszprim. Simegh, Tolna, Baranya, Jaurin. Moson. Comarom. Strigon. Albens. Pesth. Honth. Bars. Nitriens. Zoliens. Thurocz, Arva, Lyptov. Neograd. Varasdin. Zagrab. Crisiens. Verőcz. Sirmium et Poseganum. Univ. 28.

b) In Nagy-Bányensi censentur: Comitatus Zemplin, Szabolts, Ugoes, Beregh-Szatmár, Unghvár. Districtus Kövár cum Processu Oláh-Lapos, et mediocri Szolnok. Marmatia. Univ. 7.

c) In Szomolnokiensis continentur: Scepusium, Abaujvár, Tolna, Trentsinum, Sáros, Gömör, K. Honth, Borsod, Heves et Szolnok exterior; in Summa 10.

d) Banatico comprehenduntur: Comitatus Temes. Torontal. Krassov. Bacs. Bihar. Arad. Csongrad. Békes. Csanad. simul 9.

Adnot. Districtus Szigethanus cessavit, et Marmatia Districtui N. Bány. ingremiata. Zala thnensis Districtus se diffundit per M. Principatum Transsylvaniae excepto N. Bányensi Districtui adscripto Szolnok. Mediocre, et Districtu Kövár.

§. 54.

*Suprema Collegia Mont. provincialia. Officia Montana.*

Singulis Districtibus praesunt Suprema Collegia Montana diversi nominis, \*) universa negotia politico-oeconomico-Judiciaria Montanistica crediti sibi Districtus moderantia, ratione quorum, diversorum, qui Districtibus continentur, Processuum, Mont. Officia Montana et Substitutiones iis subordinantur, \*\*) pro ratione magnitudinis et agendorum uber-

---

\*) Et quidem in Districtu Schemnicziensi: Caesareo Regii supremi Camerae - grafiatus Officium inferioris Hungariae; in N. Bányensi: Supremum Caesareo - Regium Inspectoratus Officium, et una Judicium Montanum Districtuale; in Districtu Szomolnokiensi: Supremum in re Monetario-Montanistica Caesareo Regium Inspectoratus Officium, nec non Districtuale Judicium Mont. Sup. Hungar. denique in Banatico: Caesareo Regia Banatica Montana Directio Oraviczae.

\*\*) Supremo Cameraegrafiatui subordinata est: Camera Cremniciensis, Neosoliensis, cui Ustrina Tajovae, Malleatura in vet. Montibus, et in S. Jacobo.

tate jam uno Individuo officiale: Magistro Montano, qui plerumque una Judex substitutus, cum adjuncto ei Actuario, interdum solo Adparitore (qui et Judicii Scriba) jam pluribus Individuis provisâ, culturae montanae processuali intendunt. Penes majora Officia montana ordinariè praecipui officiales sunt: Montium Magister, una Judex Montanus, Geometra Montanus, Docimasta, Fodinarum Curator, Ustrinarum Magister, Sylvarum Curator, et Montanus Scriba.

§. 55.

*Montium Magister, simul et Judex  
Montanus.*

Praeses Officii Montani est Magister Montium, moderaturque culturam montanam.

---

Vallis Dominorum, Magurka, Libethum, Rhonitzii, Jazovia, Diosgyör, Dominia M. Cameralia, Zolyom et Dobronyiva, Lipsche, Revistye, Szászko, Gyékes, Zsarnov. Judicio Montano Distr. I. II. parent: Judiciorum Substitutiones: Cremnic. Neosol. Uj- et Bakabány. Boczensis nunc in Maluzsina, Varasdin. et Bazin. Supremo Inspectoratui N. Bány. subsunt: Officium Montanum Felső-Bány. Kapnik, Oláh-Laposbány. Negotiatio Ferri Oláh-Lapos. Officium Montanum Misz- et Laposb. Negotiatio Mont. S. Crucis, N. Bányae, Negotiatio Fernezdy. Negotiatio Marmatico-Borsabányensis. Judicio Districtuali obsequuntur Substitutiones: Felsőbány. Kapnik, Marmaros. Ungvár. Supremo Inspectoratui Szomolnok. subjacent: Szomolnok, Gölnicz, Inter. Aranyidkensis. Veteroagu. Oppakae, Strazena. Negotio Cupri Maluzsin. Malleatura Jakubján. Judicio Distr. Mont. subsunt Substitutiones: Rosnaviensis, Gölnicz. Igloviensis. Di-

sui processus, cursumque agendorum politico-oeconomicorum, quam et Judiciaria negotia ex officio Montani Judicis. Obligationes ex officio ei incumbentes continentur in ordinatione Montanistica in specie: Art. VIII. XVIII. XXX. BB. Rescriptis, imprimis Gen. Judic. et Feud. Mont. Regulamento de Anno 1753. item describitur ejus officium D. C. II. et D. S. 1. per 11 §phos. \*) Vigore harum legum, et incumben-  
tis sibi directionis Culturae montanae suae Di-  
oeceseos, frequentior ejus in monte praesentia et  
inspectio dialium operarum, tum perambulatio-  
nes fodinarum tam ordinariae, quam occasione  
notabilium cultivationum, aliorumque eventuum,  
tanto magis necessariae, quod praemissis officio-  
sis deliberationibus, Assessores ad instituendas  
speciales ordinationes, Geometramque monta-

---

rectioni Montanae Banaticae subordinantur:  
Officium Mont. et Substitutio Dognátskae, Szászkae,  
Moldov. Rézbány. Millov. Negotatio Montana et Ferri-  
cudina Gladnae. Officium Montanum et Substitutio Rusz-  
kitzae. Officium Fusorium et Ferricudina Bogschan. et  
Reschiczae.

- \*) Vigore cit. XVIII. 1. O. M. quavis 6a hebdomade mon-  
tem petere lustrareque operas §. 2. reambulationes tri-  
mestres cum Urburariis suscipere obligatur; officiosae  
ordin. et extraordinariae fodinales lustrationes suscipi-  
endi modum ad mentem cit. legis continet cit. B. Res.  
§. 11. Cura librorum Judicialium et Instructio Archivi  
commendatur in B. Reser. de 15. Junii 1777. — Annuae  
officiosae relationes de statu operum Mont. qualiter fa-  
ciendae; docet cit. sup. Reser. §. 12. Speciales In-  
structiones sunt: 1) Agendi ratio cum exteris Itineran-  
tibus B. Reser. de 13. Julii et 24. Aug. 1778. 2) Ut cum  
venditione tam aerarialium quam privatorum frustorum  
mineralium procedendum, B. Res. de 24. Oct. 1789.

num ad peragendos geometricos labores inviare, aut supremo Officio relationem praestare debeat. \*)

§. 56.

*Assessores Officii Montani.*

Magister Montium parocciae montanae amplioris, (Schemnicii) adjunctos habet Assessores (vetere Lege XVIII. 2. Juratos) qui sub ejus auspiciis specialem Culturam et Oeconomiam montanam procurant; proin diebus extra sessionalibus in peculiaribus sibi assignatis peripheriis montanis reambulationes, revisiones, et lustrationes instituere, operas diales, praesertim in Contusoriis lotoriisque, et machinarum, contusoriarumque fossis, aquilegiisque, inspicere, porro: an erutae minerae ad loca concernentia rite devecta, an praefecti fodinarum et operarii partibus suis debite defuncti, et horum mercedis rationes initae, in summa: Montium Magistro in salebrosi atque latepatentis muneris sui expletionem consilio, ope, et opera adesse suffragarique obligantur.

§. 57.

*Geometra Montanus.*

Geometra Montanus (Diribitor Marcalis, *Marl-Schiener, Marl-Scheider*) erga in-

---

\*) Officium Montium Magistri ceu Judicis Montani uber-  
tim exponetur in *Jure priv. de Processu Judiciario Montanistico.*

viationem Officii dimensiones Marcarum specialis Culturae Urburarialis tam diales quam subdiales procurat, determinat medio geometricae operationis et calculationis inventa puncta, et resultata suarum operationum, disquisitionumque, et Plana Officio Montano pro emolumento Culturae montanae periodice exhibet.

§. 58.

*Docimasta.*

Investigat erga in viationem Praefectorum fodinalium operum mineras, antequam ad Ustrinam deferantur intuitu valoris earum interni, atque erga ordinationem praefecti sibi Officii Montani suscipit perficitque ita dicta officiosa tentamina et probas, ut tam adparatio advectioneque minerarum penes fodinalia opera eis adcommodari, quam pro adjunctorum exigentia aliis finibus opportuna rationes iniri possint.

§. 59.

*Antigrapharius, Contra-Scriba.*

Antigrapharius (Gegen-Schreiber) Elenchos collatorum metallicorum operam, prout penes singula eorum participantium personarum, custodit, primi ordinis elenchus Liber Feudorum, secundi Antigraphus adpellatur. Caeterum quasi delegatus Judex est Officii montani in materia cessionum operum metallicorum, metallifodinarum et partium fodinalium, quae coram

eo tractantur, ab eoque mutatio omnis Libro Feudorum et Antigrafo inserenda, litteraeque proprietatem assecuratoriae (Gewehr = Scheme) expediendae. \*)

§. 60.

*Curator Montium.*

Curatores Montium Factores et ductores rationum sunt Urburariatuum, procurant sub directione et exactione rationum Officii oeconomiam creditorum administrationi suae in processu operum montanisticorum; minerarum ad Ustrinas admodiationem, coemptionem materialium montanisticorum secundum praehabitam defixam semestraliter ab Officio pro toto processu montano Taxam: porro exsolutionem operarum, incassatorum additamentorum perceptionem, ad expensas fodinales procurandas, Cassae Officio inferendas.

§. 61.

*Ustrinae Magister, Officium Ustrinale.*

Cum aerarium mineras ab Urbariis reluat, suoque periculo liquefieri curet, huic quoque

---

\*) Librorum penes omne Officium Montanum necessarium explicatio suis locis occurret; in specie ut Urbaria-  
lis seu Antigrahus conficiendus secundum prescriptum B. Res. de 6. Apr. 1778 explanatur in Collegio-de hoc  
argumento Vide: Casp. Horn de libro Metallur-  
gico Antigrafo, Tractatum 1706.

objecto et operationi speciales personae curando praeficiuntur et admoventur. Ustrinae Magister oeconomiae liquefactoriae et Carbonariae intendit, moderatur labores ustrinales, ducit rationes Ustrinarum, materialia inspicit, advectas mineras statis temporibus in ratione adinventae probae solutionis causa classificat; in quibus functionibus in majoribus Officiis adjunctum habet Contraagentem, et Perceptorem, et Scribam Ustrinae, cum quibus Officium Ustrinale constituit Art. XL. O.M.

§. 62.

*Sylvarum Curator. Officium  
Sylvanale.*

Quam momentosum operosumque penes culturam montanam res sylvanalis sit, res ipsa docet; aequae grave est ei respondens officium. Curator Sylvarum conservationis earum, lignorum ad culturam montanam necessariorum tempestivae procurationis, et advectionis curam habet; in majoribus Processibus montanis munus hoc inter Extractores, Indagatores, Obsequitatores Sylvarum, subdividitur; Collegii Sylvanalis rei Assessores pro diversitate proprietatis sylvarum praeter Camerales, et Urbani sunt. \*)

---

\*) Urbani officiales Montani per novam Regulationem 1789 aboliti sunt; solo pro casu compossessionis Sylvarum retenti. In sylvanali Officio unito Cremnicieusi ex parte Camerae H. A. bini, ex parte Civitatis censentur. Schemät. I. R. Hung. h. a.

§. 63.

*Scriba Montanus.*

Montanus Scriba (vulgo Protocolista) perinde arduum munus in Officio Montano sustinet. Est hic proprie Actuarius non modo in Montano - Judiciariis, verum et intuitu practicae oeconomiae, et Culturae calamum ducendum, occasione generalium reambulationum aliarumque montanisticarum expeditionum in monte, prout et Officii Sessionibus acta Registro (Protocollo) inserenda, ordinationes, relationes officiosas secundum praescriptum BB. Resolutionum in stilum redigendas habet.

§. 64.

*Coordinatio supremorum Collegiorum Mont.*

Cunctis his descriptis Officiis Montanis, eorum officialibus, et officiantibus continuo intendunt Suprema, in quorum Districtu ea sita, Officia Montana (§. 54.) quorum coordinatiois descriptio jam nunc danda est.

§. 65.

*Eorum Forma.*

Constant singula Praeside, qui in Districtu Schemniciensi Supremus in Monetariis et Montanisticis Camerae grafius, una VII. Montanarum Civitatum Inf. Hung. Regius Commissarius est;

in N. Bány. et Szomolnok. Districtu Supremus Inspector, in Banatico Supremus Director, gravi hoc aeque ac honorifico munere fungitur. Constant praeter Praesidem certo numero Assessorum, \*) quorum singuli peculiari Culturae montanae in Districtu objecto praefecti sunt, et de eo in Sessionibus officiosis referunt, utpote: Fodinalis liquefactoriae et contusoriae rei, Sylvanalis, Montium, Judiciariae, Referens, unus Cancellariae Director et Rationum Exactor. \*\*)

§. 66.

*Eorum Sphaera agendorum.*

Suprema haec Collegia superiorem in uni-

---

\*) Schemnicii plerique Consiliarii Montani, in quibus et 4 Professores Academiae Mont. Fiscalis quoque Cameralis Assessor.

Judicium Districtuale Montanum a supremo Collegio Montano penitus secretum est, cum proprio Praeside, 4 Assessoribus et Secretario (cui occasione, qua Assessori ex Capite metus Interestiae decedendum, votum conceditur B. Res. de 21. Apr. 1801 in fine). In Banatico Districtu Judex Mont. est Praeses Supremi Officii et 4 ex eo Assessores, Assessorum Judicii Mont. Distr. Banatici munere funguntur. In Districtibus Mont. Sup. Hung. unus Assessor Supremi Officii una est Referens in Judicialibus.

) Ad expedienda negotia singula Collegia suam Cancellariam, Registraturam, Archivum, Rationariam, Generalem Cassam, cum eo pertinentibus Individuis habent, cui Taxae et mulctae pecunariae per Taxatores penes Judicia Mont. insignatae stant temporibus inferendae ex praescripto B. Res. 1789.

verso Districtu rei montanisticae, et in eo sitorum Officiorum montanorum moderationem habent, quae ad respectiva suprema provincialia Officia oeconomico-politico-Feudalia Protocolla sua, prout et conspectum super statu rei, et Culturae montanae sui Processus, periodice submittendum habent. In quibusvis momentosioribus objectis et argumentis, Relationes praestant, \*) (vide post §. 67.) ad quas aut immediate, aut facta praevia ad Excelsam Caesareo-Regiam Camera Aulicam in Monetariis et Montanisticis secundum altissimas eatenus editas Resolutiones per individualiter subscriptas ordinationes inviuntur, aut per delegatum supremi Collegii Assessorem revidentur; quod ipsum intuitu reliquorum in re montanistica officialium, separatas Instantias efficientium, obtinet.

§. 67.

*In Specie.*

Immediate Resolutiones suprema Officia edunt in quibusvis Montano-Oeconomicis objectis, singulares anticipationes non deposcentibus, aut principales mutationes, integrum Districtum non respicientes, concernentibus, prout occasione regulationis Culturae montanae singularis, mercedis operarum, Ratae additionalis etc. Speciales vero (demissas) Relationes\*) ad Excelsam Camera Aulicam

---

\*) Intuitu Relationum Officiosarum ad mentem B. Res. praestandarum itidem B. Res. de 23. Junii 1784

licam praestandas habent, in quibusvis, novas praesertim erogationes deposcentibus, objectis v. c. anticipationem sumtuum pro Cultura montana continentibus Recursibus, porro in negotiis universum Districtum concernentibus, de effectu Revisionum localium, suppletione vacantium Officiorum etc. Praeterea singulis annis Generalem Relationem super statu totius Culturae montanae supremae suae moderationi creditae Excelso Collegio substernendam habent.

§. 68.

*Ulterior Officiosorum Agendorum Manipulatio.*

Cuncta haec objecta et argumenta in officiosis Sessionibus a respectivis Assessoribus secundum numerum Exhibiti proponuntur, desuper deliberatur, et pro ratione resolutionis Relationes praestandae, vel Ordinationes elargiendae a Praeside et Secretario subscriptae ex Cancellaria Officii expediuntur.

---

haec praescribuntur: Submissio officiosarum Tabellarum Relationum adurgetur, et quidem: 1) Ut Tabellae serventur de iis objectis, quae stabilem terminum habent. 2) Urgentia et praesentia illico reservanda et adurgenda. 3) Si, ob adjuncta argumenti aut loci, mora necessaria, causae dilationis illico, et ante terminum, fundate et conscientiose indicandae. 4) Subalterni adstringendi, Jurisdictiones requirendae, occurrentia impedimenta removenda. 5) Pro praenotandorum revisione facilitanda, quilibet Officialis libellum habeat. 6) Qui terminum a die praesentati non observant, quot diebus serius culpa eorum Relatio non pertingit, totidem salarialem Falcidiam aerario inferendam patiantur. Idem et Subalternis, (erga tamen relationem) faciendum:

§. 69.

*Et pertractatio.*

Quaevis supremi officii negotia moderatur ejusdem Praeses, (§. 65.) ad eum, perferuntur omnia quae ad supremum officium scribuntur, et ab eo praesentantur; per eum ordinariae Sessionales Referadae inter Assessores distribuuntur; hi ad locales revisiones, aliaque curae officii credita negotia in qualitate Commissarii delegantur; moram non admittentia brevi manu expediuntur; et postmodum Supremo Officio referuntur; occurrentes penes Supremum Officium quaestiones, difficultates, et differentiae resolvuntur, et deciduntur, aut pro exigentia adjunctorum Excelso loco indicantur, etc. etc. praeterea supremam directionem rei Ustrinalis habent; nec minus specialis inspectio in re rationariae, (Buchhaltericis) et Cassali, ejusque revisio intra ambitum sui Districtus iis concredita est.

§. 70.

*Quaedam generalia de Officialibus Mont.*

De Officialibus montanisticis haec legibus praescripta et ordinata leguntur: 1) Cuncti Officiales montanistici Praesidi Supremi Officii Mont. obedientiam officiosam exhibere obligantur Art. XLV. O. M. 2) In promovendo altissimo servitio se adjuvare, concordiamque fovere XLIII. 3) Adstricti sint legali Officii Juramento,

quod singulis praescribitur Art. XLVI. O. M.  
4) Obligantur Reversales edere, quod nulli secretae societati adscripti B. Res. de 20. Novembris 1801. 5) Officiosarum proditorum rei amissione officii, aut gravius puniuntur B. R. de 4. Dec. 1805. 6) Salaria eorum infra 1000 flnos. nulla inhibitione, sequestro vel executione affici possunt. B. Res. de 21. Oct. 1788. Caetera de obligationibus officialium Mont. occurrent suis locis.

### C A P U T III.

#### *De Feudatione Montanistica.*

##### §. 71.

#### *Consectarium I. Reg. Min.*

Ex notione Juris Regalis Mineralis consequitur: Reges Hungariae de mineris et earum Cultura liberam habere disponendi facultatem, deque ea vel ipsos usum capere, vel eam in alios transferre posse. (§. 51.)

##### §. 72.

#### *Translationis modus duplex.*

Translatio haec fieri potest: vel per Collationem specialem, vel liberam declarando Culturam montanam in territorio, aut uno alteroque ejus Districtu, ita, ut quilibet privatus in ea partem capere possit.

§. 73.

*Collatio specialis.*

Si Imperans Regale mineralé in parte territorii cedat incolis, ut ii Officiales suos montanos constituere et Jura ex Regali minerali promanantia (regalia minora) exercere possint, specialis Collatio dicitur.

§. 74.

*Variá.*

Collatio specialis locum habere potest ad superioris (nobilis) vel inferioris Ordinis (ignobilis) metalla; vel personis singularibus ad dies vitae, vel integris familiis usque casum defectus, vel bonis alligata esse potest, queis usque ad dominum Feudi ea recidunt, inhaeret.

§. 75.

*Requirit speciales privilegiales litteras.*

Collatio specialis qualiscunque praesumit speciales litteras privilegiales, aut in Donationalibus expressis verbis nominari debet, nec enim in dubio praesumitur, sed probanda et demonstranda est. \*)

---

\*) Praescriptione immemorabile tempus requirente (p. 1. 78.) in hodierna ubivis gentium adversus usurpatores vigilantia, vix alicubi obtineri posset.

§. 76.

*Ad quas exigenda.*

Si in litteris privilegialibus Collatio generalis expressione: Opera metallica facta est, tum ad sola metalla inferioris Ordinis intelligenda est; privilegia enim strictae interpretationis sunt.

§. 77.

*In Hungaria.*

Collationes speciales in ea forma, qua in exteris quibusdam Statibus, praesertim in Saxonia \*) obtinent, qualesque olim plures apud nos viguisse, non sine Juris Regalis mineralis, et proventuum Cameralium detrimento, ex Ulad. D. I. 30. 2. colligitur, hodie vix habentur; aliquae familiae privilegia, et immunitates circa Culturam montanam, in superiore praesertim Hungaria, allegant, quarum autentiam indagare, et ad praescriptum legum patriarum, in specie 3. 518. 2. 545. 28. 548. 19. 573, publicae salutis interest, exigere, cujus intuitu vigore altissimarum R. Resolutionum partibus ad probationem Juris jam evocatis, Causa in facto decurrit.

---

\*) Ex quo patet: de Collatione speciali praeter notionem, et quaedam generalia in Jure Metallico Hung. parum dici posse; eruditionis causa lubet ea, quae intuitu specialium Collationum Jure communi obtinent ex cit. Köhleri opere adnotare.

§. 78.

*Collatio specialis plena.*

Collatio Jure Saxonico fit vel plene, vel minus plene; plene fit: dum Jus Regale in quodam Districtu ad unius aut plurium specierum mineras cum quibusvis domino Montium competentibus juribus, salvo eminente Jure, confertur. In hoc Casu Jura Feudatarii sequentia sunt: 1) Officiales montanos tenendi. 2) Culturam montanam vel per se exercendi, vel liberam declarando privatis more montanistico erga Mutungationem cedendi. 3) A productis minerais Canonem metallicum aliaque Domino Montium debita vectigalia, excepta detracta monetali (nisi Regale monetale quoque collatum) exigendi. 4) Jurisdictionis montanae. 5) Privilegia intuitu Culturae montanae conferendi. Jura vero Imperanti in hoc Casu permanent sequentia: 1) Jus monetae. 2) praemptionis metallorum ad Cusionem monetae necessariorum. 3) Detracta monetalis (*Schlag- & Schaß*). 4) Leges Mont. ferendi et in casibus certis adpellationes recipiendi. 5) Mineras non collatas in territorio suorum Feudatariorum percipiendi, et in Casu Collisionis praerogativa, (fit ut Dominus Feudi plus adhuc v. g. partem Urburae reservaverit, vel Jura Feudatarii magis extenderit; quidcunque sit, id speciatim, et expresse Collationalibus contineatur oportet. (§. 75)

§. 79.

*Minus plena.*

In Collatione speciali minus ple-

na Dominus directus manet vel in mediata communione cum Feudatario, vel largitur eidem unum, alterumque ex Jure Regali minerali promanans jus; primum fit potissimum occasione Collationis Regalis mineralis superioris Ordinis, in qua, Dominus Feudi directus quævis Domino Montium competentia Jura, vel aequis partibus, vel definita parte reservat; in hoc casu cum eo Communicative agit, quare commune Officium montanum existit, cujus Officiales a possessoribus Regalis communicative denominantur et solvuntur, in altero Casu Collatio specialis, unius ex Jure Regali promanantis Juris, ordinarie se restringit ad ejus usum v. c. Urburae de Metallifodinis unius peripheriae.

§. 80.

*Utraque triplici modo extinguitur.*

Ambae Collationum specialium species triplici modo extingui possunt: Contractu, praescriptione, et defectu familiae Feudatariae. Primo: clarum est Feudatarium Regale rursus domino directo, aut ejus consensu alteri cedere posse — praescriptionis duplex casus: si Feudatarius Regale intra legalis praescriptionis tempus (in Saxonia 31 Anni 6 hebdom. 3 dies), nec per se, nec per alios absque peculiaribus impedimentis exercent, aut: si alium Regale in suo territorio intra memoratum tempus exercentem non impediatur, hicque Culturam exercent nec clam, nec conductam, nec

expetitam; in primo casu Dominus directus jus habet Regale recipiendi, cum finis Collationis fiduciariae non obtentus, idque genus non usus communi felicitati adversetur; attamen huic ansam praebere non debuerunt adjuncta quae Feudatarium excusant, verum ei supina negligentia probanda, quo pertinet: quod in casu propriae impotentiae, nec aliis secundum Consuetudinem montanam Culturam admiserit, seu ut dici solet: Campum clausit; in casu altero leges de praescriptione communes decidunt, sed vix casus adeo incondonabilis socordiae existet unquam; quod evenire potest est: quod Donatarius limites suos excederet, tali ratione aliorum Feudatariorum regionem penetraret, sicque non tam Jus Regale sibi vendicaret, quam suos ipse limites extenderet, in quo tamen requisita praescriptionis adesse oportet, \*)

§. 81.

*Liberum Montanum seu Principis.*

Imperans Culturam suam montanam libera

---

\*) Ad quaestionem: quid in Casu defectus familiae Feudatariae pro feudo, quid pro haereditate reputandum sit? memoratus auctor respondet: suapte intelligi: ad primum pertinere quaevis occasione Collationis Regalis definita Jura et beneficia intuitu ejus provenientia, porro ad exercitium Regalis mineralis, seu Regale, non privata Cultura montana spectatae, et pro usu totius montanae regionis erectae Ustrinae, aquilegia, principales Cuniculi etc. ad alterum; haeredi fructus percepti, qui si ante obitum Feudatarii perceptibiles, qua tales considerandi, prout singulares Cuniculi a Feudatario non ut domino Montis, verum aequaliter reliquis Urburariis, seu privato cultivati, pertinent; cum in postremo hoc Casu haeredes semper adhuc Urburarii cum his competentibus Juribus manent.

ram quoque declarare et patentem efficere potest (§. 71.) in genus patefacta Cultura montana communiter Liberum Montanum, liberum Principis (Berg- oder Fürstefreye) nuncupatur, \*) et Jure Metallico Hungarico ordinarius et usitatissimus exercendae Culturae facultatem transferendi modus est; nihilominus in ea definiunt communes et speciales leges, tam Reservata Principis, quam Jus et obligationes Feudatariorum.

§. 82.

*Ad patefactionem efficacem reddendam opus Collatione Montanistica.*

Quamquam verò ad patefactionem efficacem reddendam Collatio requiratur; haec nihilominus se non extendit ad unius aut pluris generis mineras integrorum territoriorum, prout specialis Collatio (§. 73.) sed ad singulares venas, Fibras metallicas et loturas refertur, et proprie Collatio Montanistica audit.

§. 83.

*Quae Collationem praecedere debeant.*

In libera declarata Cultura montana, quilibet privatus, modo Lege non prohibitus par-

---

\*) Liberum Montanum, Principis (Berg-vel Fürstefreye) distinguendum probe ab Immunitate montana (Fürsten; Freypung) O. M. XXIV. de qua suo loco.

tem capere potest (§. 71 et 72.) attamen non nisi facta Collatione singularum venarum fibrarum mineralium, loteriorum etc. etc. quas lege praescripta ratione cultivandas suscipit; hanc collationem expetere debet; quod ut facere valeat, requiritur, ut venae, fibrae minerales praevie notae sint.

§. 84.

*Innotescunt venae &c. duplici modo.*

Innotescunt vero venae minerales vel a) Nova inventione instituta, quae vel tentamine, vel reambulatione montanistica, perficitur, vel b) per Culturam ante jam exercitam, verum ob adjuncta intermissam.

S E C T I O I.

*De Tentamine Montanistico.*

§. 85.

*Indagatio Mont. efficaciter ut instituenda.*

Quisquis absque praevia concernentis Judicis montani venia laborem montanisticum exercet, seu id faciat fodiendo, aut medio pulveris pyrii, aut terebelli montani, per dominum fundi ultro depelli potest; qui proinde inperturbate tentamen montanisticum suscipere, et montem indagare \*) vult, concernens Judicium Mont.

\*) Indagatio montanistica Schürfen vetus haec vox germanica hodie in Cultura montana dumtaxat adhibetur, pre-

pro obtinenda ad id facultate adire obligatur. Art. II. 1. O. M. Art. III. 1. D. C. quae haud gravate, modo singularis exceptio non subvertetur, eidem erga Taxam, seu numum investigatorium (Schurf-Taxe,) medio Schedae, seu licentiae indagandi (Schurflicenz) dari solet et debet.

§. 86.

*Requisita Licentiae indagandi.*

Scheda haec, \*) quae erga recursum, deposita legali Taxa \*\*) datur, sequentia continere debet requisita: 1) Nomen tentamen instituere volentis. 2) Territorii, in cuius ambitu, et 3) Montis, in quo indagacionem suscipere intendit. 4) Terminum, intra quem facultas operatur; v. c. intra 2, 3, 4 hebdomades etc. terminus hic nihilominus binis vicibus cum onere prorogari potest. 5) Mandatum, ut ante litteras has Domino fundi praesentet, eumque salutet, quam laborem occipiat. 6) Cautionem, qua diserte exprimitur sponsio: quod hoc suo tentamine indagator nulli possessori u-

---

prie idem denotat ac terram fodere, esodere, dici quoque amat: Einschlagen incidere, Schurf werfen, fodiendo Cumulum excitare, Aufwerfen, adgerere. Vide sis Hertwig's Bergbuch, ad vocem: Schürffen.

\*) B. Res. de 24. Nov. 1791. quid in investigatione fundorum dominalium observandum sit.

\*\*) Taxa occasione exhibiti recursum 3 xr. pro ipsa licentia cum improtocolatione in 1 flor. pro prima prorogatione termini in 30 xr. pro 2da in 45 xr. defigitur. B. Res. de 16. Aprilis 1789.

lum praejudicium aut damnum inferre velit, et obligatio illatum compensandi in conf. XXIII, O. M.

§. 87.

*Ut peragenda Indagatio Mont.*

Indagare potest montem vel unus, vel plures, eodem, vel diverso tempore, si plures eodem tempore, sed seorsim montem indagent, justa distantia observanda est, e quibus, qui primum venam detegit, extemplo mensuras accipiat oportet, queis fossuras, campum ejus ingredientibus, cum obtineat, reliquis fossionem exercentibus, medio decedendum est. D. S. I. 7. Indagator sub poena arbitraria fossuram, vena non detecta, replendam, at, si reperta, cultivatione etiam non secuta, ex ratione suo loco explicanda, apertam reliquendam habet.

S E C T I O II.

*De Mutungatione.*

§. 88.

*Quid sit.*

Mutungatio est solennis coram concernente Judicio Montanae objecti montanistici facta petitio; quorum essentialium requisitorum uno deficiente petitio simplex est, haudquaquam Mutungatio,

§. 89.

*Subjectum Mutungationis.*

Mutungare potest quisquis lege naturali, vel

positiva metallica non prohibetur. Naturali arcentur omnes semet obligandi incapaces, cum enim Mutungatio sit actus actui, obligandi facultatem involventi correlatus, (ut suo loco) pronum est: eos, qui naturaliter se obligare nequeunt, mutungando quoque inapares esse; ut sunt: infantes, impuberes, minorennes absque auctoritate tutoris vel Curatoris, \*) dementes, furiosi, rationis expertes etc.

§. 90.

*Lege positiva Metallica prohibentur.*

Alios a mutungando excludit lex metallica positiva; tales sunt: 1) Judaei, \*\*) velut domini rei immobilis capiendi incapaces? imo de his expressa lege cautum: ne intra septem miliarium ambitum montanas Urbes accedere audeant. 2) Officiales in Districtu sui Officii absque indultu Excelsae Camerae Culturam montanam exercere, proin et mutungare non possunt. Si haereditate, aut Jure uxoreo, partes quaspian fodinales, aut domum Urburariam, (cujus possessioni obligatio 104 flnos. quotannis Culturae montanae impendendi alligata est), adquirant, praevium indultum memorati Excelsi Collegii exoperari debent, secus Confiscatione partium fodinalium aut privatione Of-

---

\*) B. Res. de 18. Jan. 1792.

\*\*) B. Res. de 30. Julii 1780. „immemorialis temporis usu id ferentē,“ item de 17. Martii 1807.

ſcii puniendi. Ratio tam ſtrictae veteris hujus, recentibus iteratis BB. Resolutionibus renovatae \*) prohibitoriae legis est: ne Officiales ab incumbente ſibi Officio avocentur; neve Culturæ montanae vacantes in Collisionem cum emolumento altissimi Aerarii, cui ſe ex Officio devoverunt, venire poſſint, denique ne fortunarum, ad decoram vitam agendam neceſſariarum, amit-

---

\*) Art. quippe 7. 1519. „quod Camerariis non ſit licitum pro ſe fodinas excoli“ l. 2. et XXVI. O. M. BB. Res. de 25. Octob. 1775. 12. Julii 1759. 29. April. 1776. prohibetur associatio publicorum Officialium in locationibus et Societatibus, B. vero Res. de 24. Jan. 1780. in ſpecie recensetur: qui nam Officiales montani Culturæ montani capaces, qui non ſint. Incapaces declarantur: Supremus Camergraſtus, Conſiliarii, Aſſeſſores Officii Mont. Montium Magiſter, Judex et Judicij Aſſeſſores, Notarii, Vice-Notarii, Famuli Judicij, generatim omnes superiores et inferiores Officiales ullam Jurisdictionem, vel immediatam vel mediatam, aut etiam inſtruendo ſaltim exercentes; porro: qui Urburam adminiſtrant, rationes ducunt, ut: *Cassae montaniſticae*, *Montano-Cameralis*, *requisitorum* et *materialium montaniſticorum*, *Rationariae*, *Officiales*, *Docimastae*, *minerarum Diribitores*, *mensuratores*, *Geometrae montani*. Excipiuntur contra: reliqui Oeconomici, et Camerales Officiales in ſpecie Sylvarum Curatores, pensionati, viduae et orphani. Urburariales tam superiores, quam inferiores Officiales, ex aerario tum a privatis Salaria percipientes, ut adminiſtratores, obequitatores, Tuſſoriarum Officiales, Scribae Mont. et Decuriones, Inſpectores fodinarum; directe quidem non excluduntur; cum tamen pro ratione adjunctorum etiam ſuſpecti eſſe poſſint, in caſu obveniente per *Judicium Mont. ab S. Camergraſtatu opinio* expetenda eſt, praevaricantes legem et intra 6 menses partes fodinales non vendentes, Confiscatione earum indiſpenſabiliter puniendi. *Judicium Mont.* delationem altiori loco praestare negligens, gravi animadverſioni ſemet exponit etc. etc.

tendarum periculo, cui omnis Cultura montana patet, (Praef. ad O. M. §. 6.) exponantur; caeterum in alio Districtu Culturae participes esse, aut nomine altissimi mutungare eos posse nihil vetat. 3) Militares Officiales tam actuales quam rude donati, ex eadem ratione sine impetrandi indultus ad Supremam Armorum in Hungaria Praefecturam, vel ad Exc. Consilium Aulae Bellicum inviandi sunt.

§. 91.

*Objectum Mutungationis.*

Mutungari possunt quaevis ad Culturam montanam spectantia objecta, utpote: 1) Omnes minerarum et fossilium situs cujuscunque generis et speciei, modo in specie excepti non sint. 2) Aurilatoria. \*) 3) Spatia pro erigendis Fabricis, Tussoriis, Ustrinis, aquaeductibus, et aquilegiis, Scoriarum mineralium efusione. 4) Cataractae ad fodinam derivandae, loca pro machinis dialibus. IV. IX. X. XXII. 7. XL. 9. O. M.

§. 92.

*In quibus Casibus M. non obtineat.*

Mutungatio non admittitur: 1) Objecti jam collati et necdum liberum effecti. 2) Salinae Salis fossilis et coctilis mutungari nequeunt, utpote quarum cultivatio reservata Principi. 3) Opa-

---

\*) De Mutungatione auri et scoriarum mineralium loturarum, Ustrinarum et Selvarum uberius dicentur in sequente Sectione. De Collat. Mont.

lorum et Lythantracum velut ad Jus Regale non spectantium (§. 49.) qua propter nec privilegiis montanisticis (infra declarandis) gaudent earum possessores et cultores. 4) Ad pura lapidum genera v. c. Spathum Calcareum, Calcem etc. 5) In Cuniculis investigatoriis B. R. de 24. Nov. 1791.

§. 93.

*In quibus restringatur.*

Contra restringitur: 1) In Scoriarum mineralium loturis, quae non nisi erga praeviam revisionem, et salvo Jure prioritatis Tusso-riarum admittitur. 2) In tenutis montanis, quae in liberum reciderunt, intra annum et diem, quippe talia simpliciter conferri nequeunt, verum a Juratis praevie libera reambulatio instituenda, et veteribus Urburariis, si citra eorum culpam vacantia effecta sunt, iique sumtus communes et additionales rite praestiterunt, in mutungando praeragativa competit. 3) Ad reambulatas venas fibrasque minerales, si ab aliis, quam qui eas reambularunt, expetantur, hi enim praeferendi. 4) Ad rivos aquasque, has enim Culturae montanae necessitatis causa dumtaxat mutungare licet. 5) Aquae medio Culturae montanae obtentae, si ab aliis, quam partem in Cultura habentibus, mutungentur, cum praeservetur eas rursus Culturae montanae necessitatibus applicandi facultas. 6) Mutungatio Ustrinarum cupri et argenti extra etiam ambitum VII.

Mon-

Montanarum Civitatum absque praescitu Exc. Camerae Aulicae interdicitur B. Res. de 27. April. 1800. \*)

§. 94.

*Axioma de Mutungatione.*

Regula generalis Articuli II. §. 1. O. M. fundata de Mutungatione est sequens: Per solam Mutungationem, et, quae sine ea suscipi nequit, Collationem Judiciariam acquiritur jus proprietatis et dominium objecti montanistici. Regula haec adeo universalis est, ut ab ea nec ipse supremus terrae princeps et montium dominus exceptionem sibi reservaverit; qui proinde, si Culturam montanam in territorio libero declarato exercere velit, praevie coram suo Judice Montano objectum, quod cultivandum suscipit, mutungare obligatur; \*\*) et si per errorem suorum Officialium absque Mutungatione colat, vel si mutungavit, sed investituram negligat, vel collatum objectum secundum ordinationem montanisticam in statu Cultivabilitatis non conservet, potest id ei per quemcunque mutungandi capacem ab m u t u n g a r i, seu ab

---

\*) B. Res. de 28. Jan. 1789. item de 13. Maii e. a. et 6. Sept. 1790. n. 3.

\*\*) Grandis nihilominus intercedit differentia inter obligationem mutungandi Principis, et privati, utpote quod ille sibi eam ipse imposuerit, huic per eum injuncta habeatur.

alio expeti, tumque ejus fodina, Tussoria etc. abjudicari. \*)

§. 95.

*Forma peragendae Mutungationis.*

Ut Mutungatio vim legalem habeat, eam oportet solemnem esse (§. 88.) id est: praescripta per legem, \*\*) forma fieri peragique, cujus sequentia sunt requisita: 1) Continere debet adjuncta loci, in quo objectum expetitur; in quo nam territorio, monte et parte montis. 2) Nomen venae metallicae, et tam ejus, quam quaeis includitur, fossilium species, ejus ductus, lapsus, sub quo angulo, hora, quanta ejus Capacitas, omnia et singula ad fidem acus magneticae exacta, et clare exprimenda sunt. 3) Advolvendum signum probatorium (Wahr- Zeichen). 4) Indicanda objecti qualitas: an objectum in pleno libero principis ab immemoriali tempore constitutur, vel an recenter desolatum; vel priscae cultivationis quaedam vestigia praeseferat. 5) Modus cultivandi, utrum medio cuniculi, aut putei metallici venam cultivare, qualeve nomen ei indere

---

\*) Ex quo sequitur: tanto minus dominum terrestrem a mutungandi in suo fundo obligatione eximi posse.

\*\*) Forma mutungationis scriptae praescribitur B. Res. de 9. Julii 1753. n. 5. item de 2. Sept. 1793. Formulam ipsam Mutungationis cum suis, pro objectorum mutungandorum diversitate, mutationibus, videtur est in *Appendice*.

lit. \*) 6) In hujus declarationis conformitate legales mensuras expetere debet.

§. 96.

*Cautelae circa Mutungationem.*

Circa Mutungationem sequentes Cautelae lege praescribuntur: Imprimis Cultivantibus Urburariatibus nimium prope assidere cautum est. 2) Ambiguae, acquivocae, indeterminatae, mancae, fraudulentae, et quae vulgo Coecae appellantur, Mutungationes Jure reprobantur et in Judicio rejiciuntur. Art. II. 3. O. M. 3) Colens absque Mutungatione praeter Confiscationem operis cum omnibus accessoriis multa insuper 100 Aureorum punitur. B. R. de 1789.

§. 97.

*Termini legales observandi.*

Mutungatio nisi intra lege definitos terminos, a tempore factae inventionis objecti mutungandi computandos, interponatur, invalida est. Termini hi pro diversitate objecti, quod expetitur, varii sunt: a) pro quovis communis venae inventore triduum Art. II. 5. O. M. b) pro aurilatore 14 dies Art. XXXIX. 1. O. M. c) pro Cuniculario haereditario venam in cursu suo detegente sex hebdomades justae sunt

---

\*) Ad evitandum Confusionem nomen novum in territorio eligere, vel jam existenti adjectivum (v. c. Cuniculus; novus S. Antonii) addere debet.

Art. III. 3. O. M. quibus legalibus terminis elapsis jus primi petentis locum habet.

§. 98.

*Quo tempore interponenda.*

Quod ad tempus interponendae Mutungationis: opera metallica expetenda distinguenda sunt — vetera non nisi extra ferias, ita dictas, montanisticas, (Dann-Ferien) seu 8 dies ante, et post Festa. Natalis Domini, Pascae, et Pentecostes, contra, recentia quocunque tempore mutungare licet Art. II. 9. O. M.

§. 99.

*Coram quo mutungandum sit.*

Mutungatio instituenda coram concernente Judice montano, seu Districtuali, seu substituto (§pho 9. Art. II. 1. O. M.) et quidem in regula scripto, \*) advoluti signi probatorii (§. 47. 3.) exhibitione, erga depositionem Taxae mutungalis, seu numi petitorii; \*\*) Cuniculi tamen haereditarii Mutungatio coram Supremo Camergrafiato peragenda est, dictante Art. III. 1. et B. Res. de 26. April. 1792.

---

\*) Potest quidem et Oralis interponi v. c. occasione Oculatae Judiciariae, modo postea in scripturam redigatur et Judici praesentetur.

\*\*) Taxa titulo Exhibitionis Mutungationis pro singulo Fwdo 3 Cruc. Taxat. pro Jud. Mont. 1789.

§. 100.

*Officium Judicis Mont. in Mutung.*

Judicis Montani, exhibita Mutungatione Officium. est: eidem e vestigio propria manu, et perspicue adscribere: annum, diem, mensem, horam, quadrantem, imo et minutum factae sibi exhibitiones; nimirum ad determinandum ex adnotatione hac, si opus fuerit, jus prioritatis inter plures Competentes, cum, qui prior tempore, potior sit jure cit. B. N. de 1753. n. 6.

§. 101.

*Quale Jus nascatur e Mutung.*

Quaeri demum solet: An, et quale Jus ex Mutungatione consequatur, et quis petitionis legitimae interpositae effectus sit. Per solam Mutungationem expetitor non acquirit proprietatem, et dominium objecti montanistici, hoc enim dumtaxat per Collationem seu Investituram montanisticam obtinet; acquirit nihilominus Jus prioritatis, seu excludendi alios, qui serius objectum illud expetierunt, seu acquirit Jus personale, jus ad rem, ipsum vero Jus reale, seu in re, primum per Collationem consequitur, III. 1. O. M. D. C. IV. 1. quorum jurium dispaes effectus esse supra adnotavimus (§. 9.)

§. 102.

*Consectarium Mutungationis.*

Mutungationem legitime interpositam et nul-

li exceptioni obnoxiam sequitur, velut umbra corpus, Confirmatio, seu actus, per quem Mutungatarius proprietarius objecti mutungati declaratur, et cum eo Investituram accipit, de quibus jam uberius tractandum erit.

### S E C T I O III.

#### *De Collatione Montanistica.*

##### §. 103.

#### *Quid sit Collatio Mont.*

Collatio montanistica \*) est actus sollemnis, per quem Mutungatario a Montium Magistro declarata facultas datur: Objectum, quod is mutungavit, legitime cultivandi, isque per eum in expetiti objecti possessionem introducitur, et factum libro Feudorum inseritur.

##### §. 104.

#### *Quomodo suscipienda.*

Interposita (sine qua nulla Collatio locum habere potest,) nulli exceptioni obnoxia (§. 96.) Mutungatione, Montium Magister, ocularem inspectionem objecti mutungati suscipiendam habet, et quidem, si adjuncta ferunt, intra tempus brevissimum; si Mutungatio interposita sit saeviente bruma, virescentibus utprimum montibus (wann die Wälder äpper werden,) seu soluta gla-

---

\*) Collationis Montanisticae a Collatione speciali disparitatem, vide §phis. 73—81.

cie, disfluentemque nive, instituenda est; III. 23 O. M. vel per Assessorem Judicii ceu delegatum Judicis Montani; ad quam invitandi vicini Urburarii, et in horum praesentia praelegi curat mutungationem; hoc facto: si nemo est, qui seu proprio, seu alieno nomine excipiat, et collationi intercedat, illico in ipso loco confert expetitur objectum, contra, obmotas difficultates exceptionesque diluere et elidere conatur, elidi nequeuntis fideli et solerti manu adnotat, dilataque tantisper Collatione relationem facit Judici, quod uberius cognoscit. \*) A. II. 4. O. M.

§. 105.

*Subjectum et objectum Collationis Montanisticae idem quod Mutung.*

Cum Collatio montanistica sit actus, cui essentialiter praecedere debet Mutungatio (§. 94.) suapte intelligitur: iis quibus mutungatione interdictum est, Collationem quoque impertiri haud posse, ut sunt: Judaei, impuberes, minorennes sine auctoritate tutoris, ratione destituti, Officiales (§. 89. et 90.) Eadem regula tenet intuitu objecti, quaevis quae mutungari li-

---

\*) Collationem in ipso loco peractam aequè Judici sub- sternit pro Officiosa notitia et improtocolandorum improtocolatione; imo potest et longa manu, seu absque oculari inspectione conferre, si objectum valde remotum, et notorium sit, esse in libero principis, nec metus inferendi praejudicii, aut ullius formandae exceptionis, in hoc casu ad compendiandum tempus et sumtus potest etiam extra locum facere Collationem.

cite possunt, posse quoque conferri; proin non modo venas fibrasque metallicas, sed et Ustri-  
nas, Auri et Scoriarum mineralium loturas, Syl-  
vas, et Carbonum Ustoria etc. etc. (§. 91.)

§. 106.

*Quid ad Collationem Cuniculi, vel  
putei metallici absolute re-  
quiratur.*

Ad Collationem Cuniculi aut putei metalli-  
ci absolute requiritur: ut Mutungatarius venam  
metallicam probe determinatam, plene in libe-  
ro existentem, et sufficienter denudatam exhi-  
bere valeat; etenim si fortuito dumtaxat, et,  
ut dici amat, ad bonam fortunam, ad venam  
fortassis detegendam cultivandi consilium habe-  
at, pro tali casu nequaquam collatio, sed nec  
quidem Mutungatio (§. 95.) sed nuda et simplex  
investigatio montanistica pro struendo Cuniculo  
investigatorio (Such-Elollen) petenda est, facta-  
que id genus Mutungatio, nec minimam praero-  
gativam prae alio venam plene determinatam et  
sufficienter denudatam, quamquam tardius expe-  
tente, largitur, verum: si successu temporis in-  
vestigatorio suo Cuniculo indagator venam me-  
tallicam attingat et denudet, tum primum tem-  
pus est mutungandi et quidem intra memoratum  
fatale tempus (§. 97.) quod si praeterlabi sinat,  
non inventori, sed proximo expetitori confertur. \*)

---

\*) Super Mutungatione cuniculi indagatorii ad venam me-  
tallicam, nisi per eum denudata fuerit, collationem et

§. 107.

*De Collatione Ustrinarum et  
Tussoriarum.*

De Ustrinarum collatione sequentia Articulo XL. O. M. disponuntur: 1) Ut cae absque praevia montium Magistri inspectione per eum non conferantur, qui omnimodam curam impendendam habet, ne per eas fundis, hominibus, aut pecori quoquomodo damnum aut detrimentum accersatur. 2) Laboratores et Custos Ustrinarum per montium Magistrum legali Juramento adstringantur §. 2. 3) Eidem ab custodibus, Curatoribus et Scribis Ustrinalibus super statu operis relatio praestetur §. 7. 4) Curae sit montium Magistro: ne intra vel extra Ustrinas quis alteri praesudicium aut damnum inferat §. 8. 5) Quando Ustrina, vel Tussoria desolata censi debeat, neque ante earum desolationem ex iis auferendum quidpiam, vel eas loco movendas absque indultu Magistri. montium. §. 9, et 10. praecipitur. \*)

---

dimensionem prohibet, nec per talem jus prioritatis, seu aetatis obtineri posse, sed simpliciter cassandam et reponendam expresse praecipit B. Res. de 1. Dec. 1790. et de 24. Nov. 1791.

\*) Investitura Ustrinae argenti et cupri extra etiam ambitum Mont. Civitatum absque praesentia aulici Dicasterii interdicitur cit. §. 95. B. Res. „occasione Mutungationis ante Investituram ob diversitatem temporis, et rationes Status erga prolixam subversantium adjunctorum representationem annuus Exc. Camerae petendus et expectandus est.“

## §. 108.

*De Collatione auri et Scoriarum  
mineralium loturarum.*

Auri quoque, et sabuli scoriarumque mineralium, (quae B. Res. de 5. Dec. 1782. reliquis lotoriis parificantur) loturae conferri possunt, servatis, quae Ord. Mont. Art. XXXIX et editis in ejus conformitate BB Resolutionibus continentur, conditionibus. Intuitu loteriorum auri cit. Art. praecipit: Ut si medio laboris sui venam detegant, eam proximos intra 14 dies mutungare debeant §. 14. porro: intra molas contusorias, in fundo Civitatis montanae sitas, nulla Investitura ad auriloturas locum habeat, §. 12. imo ad praeventendum a reliquis Tussoriis damnum, ut eidem praescripta mensura (infra adnotanda) occurratur, ordinatum habetur; *ibidem*. De Scoriarum vero mineralium loturis B. Res. de 28. Jan. 1789. Ut Scor. loturae conferendae, sequentia praescribit: 1) Eas extra peripheriam in cultivatione, aut feriatione existentium operum montanisticorum, secundum singularia feuda, nequaquam vero integras valles, aut spatiosa tenuta, et quidem semper eum praescitu I. S. Camergrafiatus Officii, habita reflexione ad situm, reliquaque adjuncta, nec Officialibus lege alioquin prohibitis, praesertim (sub Nro. 5.) Ustrinalibus et Tussorialibus vigore Decreti de 7. Jan. 1780. exclusis, praemissa oculata, nec spatia Fodinis, aut Tussoriis adsita, aut acervos opere resuscitato usuabiles, aut exteris singularibusque personis conferen-

das esse. 2) Nomine altissimi Aerarii facta et si tardius interposita Mutungatio praeferenda est, cum ei jus Regium reservatum insit. 3) et 4) Suspecta expetito et Collatio singularibus facta ad integros tractus 5) Addictio Judicialis venditionum lotorialium libris montanis absque expressa stipulati aut exsoluti pretii adnotatione inserta, invalida est.

§. 109.

*Ulterior intuitu earum dispositio.*

Alia B. Resolutio de 13. Maii e. a. intuitu earum sequentia disponit: 1) Suspendio Investiturarum lotorialium, quatenus legales sunt, et Camerali cit. Resolutioni non adversantur, resolvitur; ante eam factae loturarum partiales cessiones vigorosae maneat. 2) Judiciis montanis activitas relinquatur, loturas quasvis prout et Auriloturas ad mentem cit. Art. O. M. et B. Res. conferendi. 3) Condescendente ob graves rationes Mutungatione, si loturae aerarialiter cultivandae viderentur, primo feracis venae inventori justa compensatio, aut aliquot partium (Kuxarum) addictio conceditur, de quo specialis relatio praestanda. 4) Dimensis aut moratorio provisus in Campis prout XXII. O. M. clare praescribit, disquisitio acervorum vetatur; item cum praejudicio cultivantium, aut extra activitatem positae Ustrinae simplicibus lotorialibus feudatariis conferri nequeunt; cum Ustrinae montanis Cultoribus conferri debeant, alijs tamen

mineras suas, et liquefactoria requisita erga censum elaborare admittatur. \*)

§. 110.

*De Collationibus Sylvarum, et locorum urendis Carbonibus.*

Intuitu Sylvarum, exque iis obtinendorum lignorum, ob quorum defectum amplissimae spei Metallifodinae persaepe adhaerent, haec Art. XLIV. O. M. continentur: 1) Omnes Sylvae et saltus in locis, in quibus montana Cultura exercetur, Regi cedunt, exceptio est: Si monasterium, vel Castrum (Curia nobilitaris) propriam Sylvam possideat, qua eget; reservato tamen et in hoc casu ad vires necessitatis pro Cultura montana exercenda jure, in quo cum iis transigendum. \*\*) 2) In locis, in quibus Cives et Coloni cinctas Sylvas tenent, eas retineant; reservato tamen erga recognitionem Judicis Mont. Jure Cousus. Ubi vero Coloni sepimentis carent, ea in ratione eorum necessitatis per

---

\*) Eadem praescribit B. Res. de 6. Sept. 1790. ad N. 3. Normativum intuitu Scorialium lotorialium Camporum huc quoque spectant B. Patent. de 21. Apr. 1777. de Aurilotura.

\*\*) In conformitate hujus ordinationis Urburariatus cum Dominiis, in quorum territorio Metallifodina cultivanda suscipitur, sub assistentia Judicii montani circa administrationem hujus materialis ad Culturam mont. adeo necessarii diversos Contractus ineunt, „salva montium Magistri legali in Sylvas Culturae montanae vicinas activitate.“ Excelso Collegio substernendos, et ab eo ratificandos; uti in Jure priv. dicitur uberius.

montium Magistrum designantur. 3) Omnes reliquae in locis ubi montana Cultura exercetur, Regi, ceu Domino Montium Supremo, promovendae Culturae montanae causa competant, et dispositioni montium Magistri subsint, ut in ratione Culturae montanae caedantur, et in usum convertantur, absque cujus scitu caedere Sylvas poenale est. 4) Sylvae, montibus, in quibus Cultura montana exercetur, vicinac, Inspectioni et ordinationi tam possessorum, quam Officii montani subsint, ad dimidium, aut ultra milliarem adsitis, absque indultu montium Magistri ligna caedere cautum est; pro domestica tamen necessitate vicinis proportionate admittat et designet. 5) Uni societati ad semel non plus una Caesura conferendum est, quae ordinate peragenda, nec prius nova conferatur, quam labori collata insumta fuerit. 6) Jus conferendi soli competit montium Magistro; collata ligna vendere non licet; non necessaria pro elaboratione denuo subsunt Collationi. 7) Eximuntur a Collatione Sylvae Curiales, vel communis possessionis (Pann-Wald) 8) Ustrinali operi plures caesurae conferri possunt, sed pro elaboratione. 9) Carbones urendi titulo expetenti 3 Zonae dumtaxat ad semel in ordine conferendae, quibus elaboratis primum nova Collatio facienda. 10) In communibus Sylvis metallicolae ligna pro suis necessitatibus accipere possunt, absque tamen notabili aliorum damno, et erga cognitionem montium Magistri. 11) Excessus in Sylvis Culturae montanae contiguis patrati per Iudicem Montanum, non vero per alias Jurisdi-

ctiones puniantur, Regiae Majestati rationes reddere obligato. 12) Praejudicium sibi inferri existimans gravamen Supremo Officio Montano, vel aulico deferat, ne quid Juribus Regiis deccedat, et Metallifodinae Sylvarum causa intercant. 13) Urbibus, Oppidis, pagis et vicinitatibus pro suis necessitatibus designatio fiat. 14) Trunci arborum in Sylvis prominentes in altitudine pollicis supra terram relinquendi. 15) Ut vectura brevissima via, mercede levissima instituatut Montium Magistro cura crit. 16) Mensura aequalis ubique observetur, utque lignorum frusta aequa longitudine atque magnitudine secentur, et ad locum debite devehantur perinde Montium Magister curam habebit (§. 22. 25.)

§. 111:

*Ut collatio probanda.*

Collatio, utpote factum, tam parum praesumitur, quam Mutungatio, sed in Jure probanda est; probatur vero litteris testimonialibus seu Assecuratoriis super facta Collatione a Judicio Montano mox facta Collatione investito extradandis. (de quibus infra.)

§. 112:

*An Collatio denegari possit.*

Montium Magister absque gravibus, Jure probatis rationibus Collationem denegare nemini potest; modo ad eam lege definita requisita adsint, quae constituit valida et omnibus suis

numeris absoluta Mutungatio tam ad materiam (§. 88, 89, 90, 91, 2, 3, 4.) quam ad formam (§. 95.) quod si eveniret, id Mutungatarii Juri, quod Senium (de quo infra) adpellatur, nequidquam derogat, et montium Magister ad Collationem, quam absque legali ratione dene-  
gavit, altiore loco adstringi potest.

§. 115.

*Primæ Investiti curæ.*

Per Collationem legitime factam, Mutungatarius Feudatarius Montanus (Berg = Lehmann, Berg = Lehenträger,) objectum, quod mutungavit, Feudum Montanum,\* (Berg = Lehen) efficitur. Ejus prima cura esse debet; ut mox post obtentam Investituram operi manum admoveat, et in loco, quo vena metallica denudata est, laborem montanicum ordiatur, seu, ut dici solet, funem et Cubulum injiciat; (Seil = und Rüssel = Einwerfen,) alias metuendum habet, ne per moram, feudum recens collatum sibi, in liberum recidat — quod si vetustam Metallifodinam collatam habet, illico edicere (Einschlagen) debet, i. e. obligatur publico 4 hebdomadam Edicto promulgare: quam Metallifodinam cultivandam susceperit, ut per id veteres Urburarii, qui in cultivationem hujus Metallifodinae pensa sua exacte praestiterunt, certiores reddantur, si forte partes suas rursus cultivare vellent. Edicti hujus obligatio cessat, si Metallifodina per annum et diem in libero fuit,

\* Haec una notio Feudi montani, sumitur et pro mensura montanistica, ut paullo inferius.

§. 114.

*Liber Mutungalis.*

Quaecunque hactenus acta ex praescripto Art. II. 6. O. M. libro seu Protocollo Mutungali inserenda sunt; videlicet tam Investigatio, et Mutungatio, quam ipsa etiam Collatio montanistica suis cum documentis adnotanda.\*)

§. 115.

*Nexus Feudalis Montanisticus.*

Nexus Feudalis montanisticus sunt mutuae et reciprocae relationes inter Principem, ceu dominum directum Feudi montani, et Feudatarium, quas constituunt mutua Jura, et obligationes, de quibus jam ubertim agendum est.

C A-

---

\*) Ut hic formandus sit docet B. Normativum de 9. Julii 1753, de libris Montanisticis; n. 5. eum bifariam dividendum; primo folii lateri Tentaminis et Mutungationis adjuncta, loci, temporis et personarum, annexis in originali litteris Mutungalibus, Judiciaria annotatione signatis; alteri folii lateri Collatio, et litterae Confirmatoriae seu testimoniales super facta Collatione Investito pro futura legitimatione a Judicio montano extradatae praemissa Judiciaria super facta Collatione relatione, de verbo ad verbum inserendae; in casu vero secutae denegationis, aequae Mutungales in origine uni folii lateri adcludi, in adverso contra rationes denegationis clare adduci debent. Ob hanc Libro Mutungali praescriptam formam eum Librum Petitionum et Confirmationum adpellare placuit.

Adnot. Taxas in Collationibus Mont. cit. Taxatorium sequ. statuit: pro Collat. fod. ad venas 2 fl., pro quavis mensura 49 □ 1 fl. 30 xr. pro Cunic. indagat. 1 fl. 30 xr. haereditario 2 fl. aedificio subdiali quocunque 30 xr.

C A P U T IV.

*De Juribus et obligationibus Feudatariorum  
Montanisticorum.*

§. 116.

*Effectus Collationis respectu  
Principis.*

Per Collationem Princeps jus, quod in ob-  
jectum collatum habuit, Feudatario cessit qui-  
dem, verum sub quibusdam conditionibus, re-  
strictionibus et reservatis Juribus, quae, prout  
jura et obligationes Feudatarii cum Collatione  
occepiunt.

§. 117.

*Respectu Feudatarii.*

Feudatarius per collationem montanisticam  
est factus dominus, proprietarius rei collatae,  
obtinuit ejus dominium; verum: quale id  
sit, jam uberius examinandum restat.

§. 118.

*Quid Dominium et quotuplex.*

Dominium est jus de re et ejus consec-  
tariis pro arbitrio cum exclusione aliorum dispo-  
nendi, omne emolumentum ex ea capiendi, et a  
quovis illegitimo possessore revindicandi. Tale  
dominium aut est plenum, seu perfectum,  
in quo omnia dominii requisita adsunt, cui  
opponitur minus plenum, seu imperfe-

etum, in quo aliqua ad dominii integritatem spectantia desiderantur. Minus plenum aut est directum seu eminent, dum quis liberam de rei substantia disponendi facultatem habet, contra, dum usumfructum rei dumtaxat habet, indirectum seu utile vocatur. Aliud porro absolutum, quod nullis Conditionibus alligatum, casu contrario, conditionatum seu hypotheticum est.

§. 119.

*Quale dominium intuitu rei montanisticae Princeps habeat. ante*

Plenum dominium intuitu rei montanisticae originaliter, radicaliter, et proprie solus Princeps habet, cum Metallifodinae ad Regalia pertineant (§. 49 et 50.) Hoc jus Mutungatario per Collationem nequaquam ceditur, cum Princeps noster Jura continuo sibi reservaverit (§. 51.) abs quibus plena rei proprietates secundum principia Juris subsistere et concipi nequit.

§. 120.

*Quale post Collationem.*

Verum nec supremus terrae princeps post Collationem pleno et perfecto gaudet dominio, cum speciali plenoque usui fructus per collationem semet abdicaverit, et in Feudatarium transtulerit; de hoc nihilominus diviso dominio directum sibi reservavit; vi cujus a) liberam dispositionem circa feudum generatim b) com-

pensationem in vicem cessi Juris retinuit; vigore reservatae, dominio directo adhaerentis, dispositionis deducuntur quaevis circa Culturam montanam Ordinationes, quae ab ejus arbitrio pendent, habetque supremam Culturae montanae in territorio sui Status moderationem et inspectionem, jus normam Culturae praescribendi, ab ea exceptiones faciendi; adque jus inspectionis efficaciter exercendum jus, officiales montanos exercentes jura principis, constituends et Jurisdictionis montanae etc. (§. 50, 53, 54.)

§. 121.

*Quale dominium Feudatarius  
consecutus.*

Feudatario per Collationem venia datur collatum sibi feudum montanistice, i. e. praescripta lege Metallica ratione, cultivandi, promanantes ex tali cultivatione fructus, depensis Urburarialibus praestationibus percipiendi et sui juris faciendi, hocque jus, praescripta aequae lege ratione, in alios transferendi; proinde Dominium, quo Feudatarius gaudet, est solummodo imperfectum, minus plenum, et quidem utile, quod cum conditionibus quibusdam essentialiter connexis adfectum sit, insuper non absolutum est, verum hypotheticum.\*)

---

\*) Ex quo patet: dominium Feudatarii etiam specie liberae dispositionis connexum esse, verum dumtaxat intuitu juris ei competentis ususfructus, in quem plenum quoque dominium habet.

§. 122.

*Ejus indoles.*

Dominium hoc utile, quod Feudatariis in opera Metallica legitime obtenta, expletis, queis tenentur, et sub quibus ea tenent, obligationibus, salvo Domini Feudi dominio directo (§. 120.) et ex eo promanantibus juribus, competit, quorumvis jurium et emolumentorum, queis fruuntur, rationem complectitur.

§. 123.

*Quae ex eo deriventur.*

Vigore obtenti domini utilis competit iis: 1) Ususfructus in opere montanistico sibi collato. 2) Libera de Jure sibi competente disponendi facultas. 3) Mediata et immediata participatio fructioque concessorum a Principe privilegiorum montanisticorum.

§. 124.

*Quid ususfructus operis Mont.*

Ususfructus est redundantia defalcatis quibusvis expensis ex venditis mineralibus productis et generatim ex cultura montana perceptis, de qua, utprimum a summa pro ulteriore operis cultivatione necessaria, secreta est, ac ceu proventus montanisticus (Zusbeute) extradatur, est in toto Feudatarii, ejus proprietas, de qua pro arbitrio disponere potest.

§. 125.

*Qualis sit libera Feudatario disponendi facultas.*

Libera dispositio, feudatario in dominio suo utili obnoxiam rem competens, nequaquam est arbitraria de et circa feudum disponendi facultas, (quippe id non pro arbitrio, nec alio, quam pro assumpto, tempore et occasione collationis, sine, et sub conditione, utpote culturae montanae exercendae, et quidem secundum praescriptas ejus intuitu leges, usuare potest) verum libera haec dispositio se dumtaxat extendit ad Jus proprietatis, quod aliis medio legalis cessionis, puta: jure emtionis venditionis, permutationis, pignoris, haereditatis, donationis etc. transscribendi jure gaudeat.\*)

§. 126.

*Tertium Juris proprietatis consecrarium.*

Tertium consecrarium Juris proprietatis Feudatarii, quod ceu objectum Juris publici Metallici considerari potest, est: mediata jam immediata participatio et fruitio privilegiorum beneficiorumque a Regia Majestate promovendae Culturae montanae deditis cessorum, et legibus quoque patriis confirmatorum, quae saepe numero, notabilem et essentialem utilitatem et emolumentum Feudatariis adferunt.

---

\*) Quae Jura et Obligationes in his casibus obtineant Jus privatum explicabitur.

§. 127.

*Privilegia et beneficia Mont. quoduplicis generis.*

Privilegia haec partim 1) Incolis Civitatum montanarum in complexu, vel singularibus Communitatibus locisque concessa, 2) partim Urburariis omnibus, in concreto, vel singularibus, vel 3) personis ad culturam montanam spectantibus, vel in specie operariis montanisticis concessa sunt. \*)

§. 128.

*Privilegia Civitatum Mont.*

Montanarum I. Hungariae VII. Civitatum Incolae, vetustissimis temporibus a divis Hungariae Regibus, Culturae, cui se dedidere, montanae gratia, amplissimis donati privilegiis, quibusvis gaudent juribus et immunitatibus, tam in complexu, quam singulatim, quibus reliquarum Liberarum Regiarum Hungariae Civitatum Cives gaudent, quasque Jus publicum commune Hungaricum recenset, quo fit: ut quoties de aliis L. R. Civitatibus in Legibus nostris mentio fit, Montanae adnectantur, harumque privilegia in lege confirmatoria quoque confirmentur, quamquam et seorsiva eorum Confirmationis mentio recurrat, \*\*) inter quae specia-

---

\*) Nobis privilegia solum, quae legibus prodita, hic memoranda sunt, ad caetera cognoscenda Litterae privilegiales, quae continentur, consulendae sunt.

\*\*) Privilegia Montanarum Civitatum una cum liberarum Regiarum reliquarum Civitatum memorantur in plurimis

lis Lib. Mont. immunitas non postrema est a  
condescensione militari. \*)

§. 129.

*Urburariorum.*

Privilegia Urburariis in complexu, partim  
singulis competentia sunt: 1) Quod in legitima  
partium suarum possessione nec per Cognatos  
praetensione Juris condivisionalitatis, \*\*) nec per  
Co-Urburarios praetextu praerogativae cujusdam

Legibus vide Cynos. in Corp. Juris Hung. sub  
voce: Civitas. Specialis vero Mont. Civitatum privi-  
legiorum sit mentio 1622. 25, et 1625. 43.

\*) Continetur ea 43. §. 5. 1715. „Montanis (in quibus vi-  
delicet fodinarum Cultura exercetur) Civitatibus, immu-  
nitas Quarterriorum et Condescensionum militarium ob-  
servetur, nisi respectu harum ratio temporis aliud exi-  
gat“ idem conf. 65. 1723.

\*\*) Jus hoc singulare Urburariorum liberae dispositioni ad-  
haerens explicatur normativo de 10. Jan. 1789 in hunc  
modum: „cum observatum sit; non modo cognatos Ur-  
burariorum allegando, in Jure quidem Civ. Hung. fun-  
datum, ast Codici Maximil. et privilegiis Mont. adver-  
sum Jus Condivisionalitatis, sed et Co-Urbura-  
rios ex sinistra O. M. et Declarat. interpretatione occa-  
sione — — — Inhibitione mediante jus quodpiam et prae-  
rogativam sibi vendicare, gravi Juris proprietatis, Cul-  
turae montanae, et Fiscii periculo; ideo Majestatem  
decrevisse, abusum hunc penitus abrogandum promul-  
gandumque esse; cum cuivis extero et domestico, nisi  
legalis exceptio subversetur, colere fodinas liceat, et  
respectu culturarum legitime fodinarum ii Feudatarii ha-  
beantur; nec cognatis jus condivis. Jure Hungarico in-  
tuitu bonorum Nobilitarium quidem obtinens, nullatenus  
vero adversus O. M. et communem libertatem Mont.  
ad Metallifodinas earumque partes applicabile, nec Co-  
Urburariis jus quodpiam praecipuum competere, verum  
quilibet Urburarius obtentas partes ceu verum, illimita-  
tae dispositionis possessorium tenendas habet“ etc.

turbari, aut molestari possint. 2) Quod accusari et ad partes fodinales conveniri ob debita nequeant, nisi ea ex Cultura montana promanent, vel coram Judicio montano intabulata sint, aut alius fundi defectus adsit; 3) Ex 3 ab Officio propositis aptis et idoneis Individuis Magistros operarum, Curatores suos et Inspectores fodinales eligere possint, \*) 4) Respectu Causarum et negotiorum montanisticorum speciale forum montanisticum habeant XII. O. M. 5) Intuitu materialium ad Culturam montanam necessariorum, (utpote pulveris pyrii, clavorum, ferri, lignum, sebi, lignorum) a teloniali praestatione immunes sint XXIX. 3. O. M. 6) Educilli et Macelli beneficio gaudeant XXVI. D. S. et negotiandi cum victualibus facultate (Pfennerth Handel) cit. XXIX. 7) Co-Urburarii cujusvis Metallifodinae admensas ratas additamentales rite pendentes, in partes fodinales, quae Retardatum subivere, jure praerogativae et prioritatis polleant, (quod in Jure privato uberius explanabitur.)

§. 130.

*Personarum aliarum Montan.*

Denique sunt privilegia personis montanae Culturae deditis, speciatim laboratoribus et operariis Urburariis concessa, quae quamquam

---

\*) Prout Scribas Urburariales, qui tamen ut reliqui Juramento coram Officio Montano adstringendi, nullamque partium fodinalium mutationem, aut translationem ad mandatum principalis sui absque scitu Judicii Mont. suscipere audent. Regul. 1753. §. 2.

mediate solum, nihilominus Urburariis prosunt, quippe ipsae hae immunitates occasionem praebent, ut absque molestia operarios minore mercede conducere, perque id expensas minuere valeant; cum casu in contrario, ob periculi difficultatisque plenos, quos Metallicolae peragendos habent, labores, notabili etiam mercede promissa sufficiente numero laboratores adquirere haud possent.

§. 131.

*In specie a privilegium. I. Fori  
Montanistici.*

Privilegia haec speciosa, ampla que sunt sequentia: 1) Omnes personae culturam montanam exercentes Forum privilegiatum penes Officium montanum paroeciae suae montanae sortiuntur, quod ad personam (nisi exceptio sit) earum Uxores, liberos et servos quoque extenditur, nisi ratione domicilii, aut civilis vitae generis alii foro quoque subsint, (ut in Jure priv. de Jurisdictione explicatur.)

§. 132.

*II. Immunitas a delectu militari.*

Haec Metallicolarum immunitas editis compluribus Resolutionibus declarata habetur; a) de 2. Martii 1778. Conductio Cuniculariorum militarium (Mineur) et fossorum (Sappeur) absque praejudicio praerogativae montanisticae su-

scienda. *b)* Quinam a statutione militari passiva eximantur Cultores Mont. B. Intimato Exc. Consilii L. H. de 12. Nov. 1799, ad L. R. Civitatem Schemnic. specificatur; videlicet: Urburariorum Officialas, Decuriones operariorum (Huthleute) fodinarum Scribae, minerarum ad praecemptionem Regiam administratores, (Erzt=Vieferanten) aedium fodinalium hospites (Grubenwirthe) machinarum hydraulicarum, puteorum mineralium, meatuum subterraneorum, (Gruben=) Ustrinarum (Hütten=Leute) minerarum tusores (Stampfer) sabuli mineralis lotores (Schlämmer) loteriorum Magistri (Wasch=Meister) machinarum Servitores (Kunst=Warter) Fabricarum Fabri (Gruben=Schmiede) subterranei minerarum vectores (Hundsfößer) seniores sodales (Alt=Knechte) etc. Subjiciuntur contra: Minerarum fossores tam veterani (Erzthäuer) quam Novitii (Lehr=Häuer) fabri lignarii (Zimmerlinge) Superflui minerarum vectores subterranei (überflüssige Hundsfößer), item Mercenarii, tam qui in puteis mineralibus saccos mineris aut saxis fatuis replendos habent, (Anschläger) quam qui extractas mineras aut lapides fatuos ab orificio puteorum ad distincta loca avehendos habent (Stürzer) minerarum porro nobiliorum, (Erzt=) et sequiorum ad Tussorias destinatorum vectores (Gang=Fuhrleute) minerarum in acervis subdialibus et fodinalibus dispersarum exquisitores (Kütt=) denique minerarum lotores (Wasch=Arbeiter) Carbonariorum famuli (Köthler=Knechte.) *c)* De 25. Julii 1733. disponitur: ut a statutione et delectu militari quaevis Metallifo-

dinae in Districtu Montano Schemnic. Szomolnok. Nagy-Bányensi et Banatico contentae eximantur. *d)* De 18. Febr. 1793. erga opinionem Exc. Cancellariae H. A. Normales de 6. Augusti, queis Personale montanisticum a delectu militari eximitur, ad eos, qui sparsim in Comitatu habitant, et casualiter dumtaxat Cultura montana vitae subsidia quaeritant, quin uno minimum anno ei navent operam, neutiquam extendenda — quaestio: Utrum individuum in gremio Comitatus vel sub Jurisdictione montana existens Culturae montanae aut statutioni aptum sit? mutua provincialis et montanistici Dicasterii cointelligentia, quin alterutra Jurisdictio compromittatur, decidenda — ad negotium Statutionis accelerandum omnia id remorantia impedimenta removenda, cumque inter ipsos perpetuos Montanistico-fodinales, Ustrinales et Sylvanales laboratores saepe desides, et luridi reperiantur, in quorum retentione Cultura montana parum lucrificat, tales absque omni difficultate extradari jubentur. *e)* De 16. Junii 1796. In adcluso huic Res. Supremae Praefecturae Armorum Hung. dicitur: „In Montanis Civitatibus binos dumtaxat pro peditatu conductos, reliquos ex provinciali additos, Praefecturam conductionem Cuniculariorum abolevisse, ab Exc. Cons. dependere: an Conductores in UU. MM. prorsus abrogandi sint; solam eam subversari difficultatem: ne subterfugere tentantium asylum fiant; cacterum disponi: ut conductores UU. MM. nonnisi nundinarum occasione invisant — quae omnimodae parcimoniae et discretionis luculenta argumenta,

hanc declarationem ab Exc. Consilio Bellico transmitti pro adcommodatione in futuris casibus.“

f) De 29. Nov. 1809. Illi dumtaxat fodinales, Ustrinales et monetarii operarii, qui plurimum annorum exercitio semet excolendos habent, proin non facile supplebiles, non vero vulgares, praeter extremae necessitatis casum eximantur; si proin tales a provinciali Dicasterio statui intenderentur, proin medela aulica Camera ad Cancellariam Hung. aulicam se convertet, proin ab Officiis Montanis ei notitiae dandum est.

§. 133.

*III. Immunitas personalis a Contributione.*

In quantum Metallicolae Contributioni subsint B. Res. de 14. Jan. 1789 explicat; 1) A quibusvis possessionibus immediatum nexum cum Cultura montana non habentibus privato dumtaxat eorum usui servientibus proportionatae Contributioni subjiciendi, proin sitae in territorio Civitatis Montanae ita dictae villulae e iis fructificantes. 2) Quantum per aversionem cesset. 3) A concernente Jurisdictione quotta Contributionis villularis, status potentiae contribuendi Civitatis cognoscendus, ut cui, et in qua mensura Civitati lenimen per montanisticam Immunitatem procurari valeat, determinari possit. 4) Operarii Ustrinales, lignarii etc. qui jumentis partim montanisticos, partim rurales labores operasque peragunt, pro ratione adjunctorum, temporisque, quo in proprium emolumentum

utuntur, Contributioni subjiciendi sunt. Cacterum immunitas haec Montanisticorum plurimis legibus patriis confirmatur in specie: 1523, 39, 1546 13. Né coloni montani in specie Carbonarii taxentur. 96, 1715 quibusdam locis montanis onus portionale imponit quidem, sed in quantum in medio Comitatum possessiones habent, proinde realitatibus, non personis.

§. 134.

*IV. Immunitas personalis Urburaria-  
rialis.*

Vigore Immunitatis suae fori Metallicolae ad personales quoque urbariales praestationes, gratuitos ita dictos labores (Robotas) adstringi compellique nequeunt — porro: Vigore B. Res. de 11. Oct. 1779. Metallicolae extranei, sed qui Culturae montanae effective adscripti, absque consensus Domini territorialis expeditione copulari possunt, „siquidem id genus operarii montanistici vigore Patent. de 10. Martii 1773 cum consensu Jurisdictionis suae Culturae Mont. resignati, quamdiu penes eam perseveraverint, liberi permaneant.“ Conf. Res. de 19. Julii 1796. „Ne Germanicarum Ditionum subditi immigrantes, absque indultu, testimonialibus immediatae superioritatis suae, Gubernii, concernentis, et Armorum Praefecturae legitimando, ad incolatum vel matrimonium admittantur.

§. 135.

*V. Successio ab intestato usque  
quartum gradum inclusive.*

B. R. de 7. Junii 1779 et 14. Aug. 76: successio decedentibus Ncolis. ab intestato ad 4tum

gradum incl. cum exclusione Fisci Cameralis et Civ. in mobilibus et immobilibus admittitur „pro animandis iis, et ut suis facultatibus culturam montanam adjuvent; idem sperari ex parte Civitatum, §. 2. favor hic extenditur ad molas quoque Ustrinasque et reliquos Jurisdictionatos montanos; „cum ab ardua impensa, collecta et adquisita substantia non meliore ratione adplicari possit,“ respectu Officialium et Characterumque salarioque provisorum salvo Jure Fisci.

§. 136.

*Libertas Montanistica.*

In horum hactenus recensitorum, et sparsim in operis tractatu memoratorum privilegiorum usu consistit libertas Montana, qua Culturae montanae amplius promovendae gratia Cultores Metallici a Regibus ornati sunt, et in ea conservantur, eaque usque fruuntur, quo ei dediti sunt; quae libertas generatim considerata personalis, realis, localis, et, quod a principe promanet, recte Regia (Fürsten-Freyung,) adpellatur, quam summam describit XXIV. O. M.

§. 137.

*Conditiones dominio Feudatarii  
legaliter connexae.*

Conditiones, sub quibus Princeps per collationem dominium utile in Feudatarium transfert, et quae ceu totidem requisita adepti dominio inhaerent, sunt Obligationes, ad

quas implendas se Feudatarius collationem suscipiendo solenniter adstringit, et sub quarum fidei et exacta custodia solummodo beneficio, ex possessione adepti Feudi orto, frui potest; sunt haec vero 4.

1) Obtentum per Collationem feudum Montanisticum dimetiendum curandi.

2) Illud in statu Cultivabilitatis conservandi.

3) Rationes super.expensis et redditibus montanisticis statis temporibus Judicio Montano exhibendi, et eas ab eo authenticari curandi.

4) Onera Culturae montanae inhaerentia debito tempore et exacte dependendi. Singulas per totidem Sectiones examinabimus. \*)

---

\*) Olim Art. XI. 5. et XIX. 2. D. S. et B. Res. de 9. Julii 1753. n. 12. Urburariatus obligati erant quot annis occasione renovationis suorum operum montanorum, vigore cit. XI. 2. D. S. Moratorio hyeme potissimum provisorum, Specificationes suorum Feudorum Judicio exhibere, quod constat, eos dumtaxat legalem cunicularem aut putealem mensuram, a Montium Magistro communiter solo terminis provideri solitam, habuisse, quin status et directio metaliu terminorum actis Judicialibus ordinate praenotatus fuerit; contra vero, cum hodie de quibusvis dimensis, et metaliu terminis provisus campis, multo patientiore mensura et perpetua profunditate gaudentibus, fodinalibus mensuris, formalia ad regulas Geometriae exacta et elaborata dimensionalia Plana Judiciali cognitioni substernantur, substrata in eo examinentur, vicini Feudatarii desuper audiri, et secundum adprobatum Judicialiter Planum per Juratos Geometras, et Judicium mensurae capi, distantia directioque metaliu termini determinari, eventuales aberrationes Judicio indicari, et id genus operationes cum asservatione Judicialiter adprobatarum Mapparum Judiciali libro inseri soleant et debeant, secundum quas nefors exorbiturae difficultates commode decidi possunt. — Instructione 1771

SECTION I.

*De dimensione Feudorum Montanisticorum,  
et mensuris.*

§. 138.

*Quando nam olim petita Mensurae.*

Antiquis temporibus Feudatarius tunc solum accepit mensuras, i. e. collatum sibi Feudum mensurandum terminisque providendum curavit; si ad id per juniorem Urburariatum adstrictus et coactus fuit, si hoc non erat, vel si in tota, quae patuit, peripheria, nullum vicinum habuit, licuit ei in indefinitum absque ullo

di-

memorata insertionem Feudorum et praenotationem dimensionemque eorum, nequaquam vero eorum repetitionem exigente; quae tunc solum consulta necessariaque esse potest, si Feuda ex momentosis rationibus ferri sinere placet; idcirco: B. Res. de 18. Nov. 1811 declaratur: Causam priscae obligationis cessasse, et arbitrio Urburariorum relinqui: Utrum durante adcurata Cultura et Cultivabilitate feudorum; in exacta mensurarum fodinalium manipulatione supervacaneas Tabellas Judiciis porro exhibere velint. Cum porro occasione novi operis Feudatarii vel ultro, vel provocati ejus Statum exhibeant, et quivis participans quae adquisivit, de lege metallica obligetur pro securitate acquisitae proprietatis jus Judicialiter sibi attribui curare. quod Libro Urburariali contenti dumtaxat pro veris proprietariis habeantur — exinde tamen ad obligationem specificationem quot annis exhibendi concludi haud posse; proin tantum occasione dimensionum praescripta exacto fiant, ac tempore exhibitionis annuorum proventuum et deperditorum ratiocinia praestentur, statum operis sumpto subintelligi.

*discrimine prosequi Culturam, cum vero consuetudo haec, tam Juri Regali minerali, quam ipsi rectae Culturae montanae principiis adversa, et perniciosa animadverteretur, in specie Art. V. O. M. sancitum est: „ut quivis Feudatarius mox post obtentam Investituram mensuras petere, et collatum Feudum montanicum metiendum curare obligetur.“*

§. 139.

*Obligatio mensuras accipientis.*

Urburariatus mensuras accepturus ante primum omnia *Planum dimensionale Officium Montano* substernere obligatur, quod exhibet: qua ratione Culturam montanam in collato sibi feudo instituere intendat; per hoc et in hoc expenditur: An substratum Planum praescriptis legibus conforme sit, an designatus in eo campus requisitam directionem et magnitudinem habeat, an cum vicinis Urburariatibus *Inter capedinem* \*) non relinquat etc. Planum ad re-

---

\*) Spatium duos campos fodinales intercedens *Inter capedo*, jam redundantia, jam additamentum (*Ueberscharr*) adpellatur; cui evitando occasione dimensionis *Officium montanum* omnimode intendere jubetur VI. 1. O. M. quod si jam existat: Si feudo duplo, seu 14 Org. Met. minus sit, inter *Commetaneos* aequis partibus dividitur; si feudum efficiat, vel excedat, novae subest collationi; Jure Saxonico; — Jure Hungarico, si ultra 7 orgias metallicas complectatur conferri potest, sin minus, ad crescit juniori Urburariatui. A. VI. 1. et 2, in quo duntaxat casu proprie additamentum adpellari potest. — Vide *Herrwigs Bergbuch* ad vocem: *Ueberscharr*. *Inter capedines* absque praevia venae denudatione conferri prohibentur. B. Res. de 7. Jan. 1802.

gulas rectae Culturae montanae exactum, reprobatum restituitur, reformatum vero, aut adprobatum Judicialiter, executioni mandandum decernitur.

§. 140.

*Quo modo instituenda dimensio.*

Dimensio Feudi peragitur per Deputationem Officii. et Geometram montanum, videlicet: in superficie montis (ad diem) extimae lineae campi per signatos, et numeris notatos lapides marcales, seu terminos, muniuntur, ad dirimendos limites in fodina quoque per Judicem insunguntur. V. 1. O. M. \*)

§. 141.

*Marcalium lapidum auctoritas.*

Marcalium lapidum Judicialiter positorum maxima est auctoritas, suntque Termini montani iudice sancti; etenim eos absque praescripto Iudicii montani tollere, loco movere, aut mutare sub nota gravissimi criminis (falsi et furti) et poenae cautum est. Art. VII. 8. O. M.

---

\*) Termini marcales lingua montanistica adpellantur Schurf-  
Stetne, Schurf = Pflocke, eorum collatio, Verlöchsettern,  
Verpflocken, mensurare, Verschletern, Verschürfen.

Ad not. Taxa dimensionis secundum Taxatorium sequens: pro solenni dimensione et marcatione ad diem 4.  
pro dimens. feudi adpart. 1 fl. minus solennis tantum 1/2.

§. 142.

*Mensurae Metallicae veteres.*

Pro diversitate objectorum Culturae montanae, diversitateque temporis, diversae quoque mensurae montanae obtinuerunt. Pro venis mineralibus adhibetur Cunicularis (Stollen) vel putealis (Schacht-Maaf) ita tamen: ut ambae hae mensurae simultanee et arbitrarie adhiberi non possint, verum alterutra erga prae-viam Iudicii montani, adjuncta Culturae expendentis, deliberationem expetenti conferri debeat; A. II. 4. O. M. Mensurae diversis temporibus diversae fuere, alia inventoriae, \*) communis etc. Caeterum missis his sufficit scire, ut se habuerit mensura cunicularis ante, et post annum 1792. B. Rescripto de 9. Julii 1753. (n. 9.) mensura cunicularis definita est in 25,088 Org. met. □: \*\*) ita: ut 32 Zonae (singula continet 7° met.) proin 224° in longitudinem, et 16 Zonae, seu 112 orgiae metallicae in latum sumtae fuerint, quae in se ductae efficiunt campum petitem fodinalem 25,088° □ met. Caeterum cuivis Urburariatui liberum erat campum suum divaricare pro beneplacito, seu in longitudine seu latitudine plures etiam orgias admetiri, dummodo quod ex una parte statutam mensuram excedit, atque

---

\*) Inventoria fodina (Fund-Grube) est certa determinata mensura longitudinis mutungati tenuti mont. ubi primum vena metallica denudatur, et labori manus admoveatur, efficit Jure Hung. 4 Feuda seu 28 Orgias met. D. S. Art. 4.

\*\*) Siquidem:  $32 \times 7 = 224$ ,  $16 \times 7 = 112$ ,  $224 \times 112 = 25,088 \square$

additur, tantumdem ex alia rursus defalcetur, et defixa summa 25,088° obtenta fuerit.

§. 143.

*Mensura Cunicularis nova.*

Hi nimium magni campi opinione excelsae Regnicolaris montanisticae Deputationis (§. 43.) Majestati substrata, et per B. Resolutionem ejus de 8. et 20. Junio 1792 ad dimidium suae superficiei, videlicet: 12,544° □ metallicas reducti sunt, eo cum praescripto: ut a puncto, quo vena metallica a Cuniculo attingitur, 28 orgiae in pendens, (in das Hängende) ac totidem 28° in jacens \*) (in das Liegende) in summa proin 56 orgiae in latum, et in procurrenti seu in longitudine 224 orgiae, et quidem secundum venae metallica ductum metiendae sint. Jurisdictio campi metallici progreditur in perpetuam profunditatem (in die ewige Teuffe) nisi exceptio locum habeat. \*\*)

§. 144.

*Uberior edoctio mensurae in latum.*

B. Res. de 31. Maii 1792 continetur uberior edoctio mensurae in latum: „§pho. 1. V. O. M. expresse contineri dimensio-

---

\*) Quid pendens, quid jacens venae metallica sit, explicatur.

\*\*) Quae esset: si Urburariatus juri suo erga vicinum renunciasset, vel ei Cuniculus haereditarius subsit; in quo casu limes per lapidem marcalem defigitur (ut dicitur in Jure priv.)

nem in latum a meditullio orificii venae utrinque 4 Zonas = 28<sup>o</sup>, secundum ductum venae dimetiendum, ductu ad diem vertente marcale signum figendum, et si in monte venae conveniant, et perfossionem faciant, marcale signum in perpetuam profunditatem ad perfossionem perducendam esse, quantum licet, et juris est,“ cui concordat V. 3. O. M. „antiquiorem Urburariatum a juniore ad petendas mensuras adstrictum ibi ordiri debere, ubi fibras venasque cultivavit“ caeteroquin cit. 5to prolixè definitum esse, quid agendum sit, dum opera montana, quae majores mensuras in latum deposcerent, expetuntur; in quibus casibus per plures rei metallicae peritos, semper attamen cum praescitu I. S. Camergrafiatus, et respectivi Officii montani, quid faciendum, determinandum erit.“ B. Res. de 5. Junii 1805 dimensionem secundum venam concernens sic habet: „pro casu, quo sub praetextu prioritatis aliqui Cunicularii suos campos fodinales metalibus terminis provideri peterent, eis in conformitate altiss. ordinationum ad expetitas dumtaxat, cultivatas et collatas venas, in definita longitudine, et 56. in dimidio in pendens, altero in jacens, restricta mensura latitudinis admittatur; sub gravissimo responsionis onere, ne liti ansa detur.“

§. 145.

*Quam proficua ea Culturae Mont.*

Per novam hanc Camporum fodinalium regulationem, plures in Cultura montana partem

capiendi occasionem nanciscuntur, quae arctiore deinceps spatio contenta, et promptior, et solertior, fructuosiorque excelso aerario exerceri potest; ex quo cuivis rei montanisticae gnaro illucet: per eam publicae felicitati magnopere consultum, neque quidpiam juri proprietatis detractum esse, prorsusque sapienter dispositum haberi. — Ab ea eo solo in casu recedi posse: quo antiquiores mensurae talem exceptionem necessariam facerent (ibidem).

§. 146.

*Ulterior cit. Legis dispositio.*

Ut vero querelae occasio Urburariis adimatur: quasi per memoratam mensurarum ad prioris superficiei Camporum suorum fodinalium dimidium restrictionem ad angustos admodum limites coerciti fuissent, eadem Exc. Regnicolaris Deputatio censuit, et Regia Majestas B. Rescripto suo de 20. Junii 1792 decrevit: ut cuivis Urburariatui liberum sit Campum fodinalem accessorium expetere, et eum dimetiendum curare; imo: liceat uni eidemque Urburariatui eodem tempore ad eandem venam metallicam plures Campos fodinales expetere et percipere, dummodo vena metallica in singulo campo denudata, et singulus campus mensuratus usque competente labore montanistico in specie provisus sit, quo campi fodinales Judicialiter convasati (ut infra uberius dicitur) non fuerint.

§. 147

*De quibus Campis agat.*

Occasione decretæ Camporum fodinalium reductionis, quilibet possessor mansit in præhabitis suis mensuris; \*) ut adeo proprietati feudorum per Collationem adeptæ, nec hilo deceptum et præjudicatum dici possit; legis enim dispositio sonat dumtaxat de Campis fodinalibus conferendis, proin privatorum dominium nondum ingressis, verum in pleno Principis dominio adhuc existentibus (§. 119.) imo: mutungata et collata ante B. Decreti publicationem, sed necdum mensurata opera metalla manserunt in antiqua majore mensura.

§. 148.

*Et locis.*

Decretum hoc intuitu mensurarum devalvandarum se extendit dumtaxat ad Districtus montanos Schemniciensem et Nagy-Bányensem, ut proin lex metalla specialis sit (§. 25.) pro reliquis Hungariæ montanæ, Districtibus manserunt veteres Ordinatione Montanistica definitæ mensuræ; \*\*) vigore cujus: a meditullio ori-

---

\*) Eo porro addito: eos quoque Urburariatus, qui præsens usque per Investituram, Sententiam Judiciariam, aut Conventionem in possessione majorum Camporum fodinalium existunt, quamdiu eos secundum leges coluerint, in eorum usu relinquendos esse, cit. B. Res.

\*\*) „In reliquis Districtibus dispositione Maximilianeæ ea tamen ratione relicta: ut mensurati Campi etiam pro adjunctorum exigentia, in quantum pro legum Monta-

ficii 4 Zonae, seu 28 in utrumque latus (in Scherben) secundum lapsum venae metallicae, in profunditate vero Cuniculo 3, fodinae inventoriae vel puteo metallico, 4 Zonae attribuuntur. Art. V. 1. O. M.

§. 149.

*Quaestio deciditur.*

Quaestio: quasnam mensuras ii Mutungarii accipere debeant: qui ante, quam B. Resolutio publicata fuisset, mutungarunt quidem, verum post publicationem ejus primum Investituram obtinuerunt? in conformitate B. Res. Exc. Dicasterii aulici de 12. Junii 1792 et J. Camerae grafiatus de 20. e. m. ita resolvitur: Etsi omnis lex a die publicationis in futurum, non vero retrograde operari possit; si nihilominus Collatio ex momentosis, prioribus legibus adversis rationibus, ante adhuc promulgationem novae de reductione mensurarum latae legis, facta non est, per quam proprie Jus quacsitum (in re) non vero per Mutungationem enascitur (§. 101.) novas mensuras obtineri; contra: si Investitura casu, ob graves, absque culpa Mutungarii obices dilata est, collatio et dimensio secundum veteres leges, semper tamen juxta ductum venae metallicae, non oblique, Ordinatione montanistica id exigente, peragenda est — quam resolutionem principiis Juris naturalis et montanistici consonam esse perspicuum est.

---

nisticarum ratione in Cultura conservari possunt, pedentim augeri possint“ *ibidem*.

§. 150.

*Mensura putealis.*

Putealis mensura per Ordinationem S. Cameraegrafiatus Officii 1753 \*) proinde pro solo Districtu Montano Schemnicensi definita est in 9408 □ O. M. \*\*) ita: ut 16 Zonae in procurrenti, 12 Zonae vero in latum calculandae sint; pro caeteris manet statuta V. 1. O. M.

§. 151.

*Mensurae Loteriorum.*

Pro auri, aliisque Sabuli mineralis, Scoria-  
rumque loturis (Gold- & Saifen- und Schlacken  
Wäschereien) mensura in 10 feudis secundum de-  
cursum rivi definita est; quod tamen de adeo  
angustis vallibus intelligendum est, in quibus  
Campus cum extensione in longum et latum a  
lotore, vel aurilotore usuari nequit. Si vero lo-  
tura in plano suscipiatur, aut si in promonto-

---

\*) Ita memorata Ordinatio sub R. 9. „quod si vero deinceps jus Cuniculare peteretur, aut conferretur, non plures quam secundum longitudinem 8. summam 16 Zonae, in latitudine vero utrinque 6 Zonae, universim 12 Zonae in perpetuam profunditatem metiendae sunt; id nihilominus admittitur: ut ad Instantiam Urburariatus, vel in longum, vel in latum plures etiam orgiae ita tamen emensurentur: ut quod ex una parte consuetam mensuram excedit, atque additur, tantundem ex alia rursus defalcetur. Consequenter tota Campi superficies 9408 □<sup>o</sup> efficiat; caeterum mutungatio et collatio apud puteum eadem, ac in Jure Cuniculari, mutatis solum necessario mutandis, eadem forma relinquitur.“  
Siquidem:  $8 \div 8 = 16$ ,  $6 \div 6 = 12$ ,  $28 \cdot 16 \times 7 = 112$ .  $12 \times 7 = 84$ ;  
 $112 \times 84 = 9408$ . □<sup>o</sup>

rio vallis aurum lavari potest, Mutungatarius acquirit Campum 8 Feudorum  $\square$ , proinde in summa 3136°  $\square$  \*) praescriptis ordinarie marcalibus lapidibus communiendum Art. XXXIX § O. M.

§. 152.

*Ordinatio intuitu ejus specialis.*

Intuitu Auriloturarum, ne molis contusoriis, Ustrinis aut fodinis in Cultura existentibus quoquomodo officiant \*\*) (§. 108.) B. Resol. de 17. Junii 1795 ordinatur: ut si Urburariatus in earum vicinia loturam ordiri (assidere) vellet, juxta influxum et efluxum Canalis una Zona ex parte montis, et 3 Zonae in superficie seu medio, in utroque vero latere binae Zonae a collatione exemptae et immensuratae relinquantur.

---

\*) Siquidem,  $8 \times 7 = 56 \times 56 = 3136 \square$

\*\*) Res. de 6. Sept. 1790 de eo sic habet, „ad id reflectendum: an petita Loteriorum collatio aliis Cultoribus aut Ustrinis, quo ad in motu, aut legali feriacione constituuntur, et non desolatae sunt, non praesudicent: ex quo suoapte sequitur: secundum expressum tenorem XXII. 7. mutungantibus neque antiquos, ad opera adhuc in motu constituta pertinentes Scoriales acervos, conferendos, nec Ustrinas legitimo moratorio provisas, et secundum praescriptum XL. 9. O. M. in statu cultivabili conservatas, absque salutatione, et ingessione proprietariorum Collationi obnoxiiari, quodque, quatenus mensuras fodinales, in aliorum mensuratorum, adhuc in motu existentium, aut legitimo moratorio provisorum Camporum, attinet, ad praescriptum IV. XI. et X. O. M. agendum sit.“

§. 153.

*De differentia mensurarum ab  
invicem.*

Orgiae, pedes, pollices, dimensionum longitudinum, latitudinum, altitudinum corporum servientes pro locorum diversitate invicem differunt; scire proin juvabit: quantum mensura unius loci, a mensura alterius differat. Tabella subjecta \*) comparationem diversarum mensurarum exhibet.

S E C T I O II.

*De Cultivabilitate operum metallicorum.*

§. 154.

*Quando nam opus montanum dicatur  
cultivari.*

Montanum opus, in specie Metallifodina cultivari, et in statu cultivabilitatis conservari (§. 137.) dicitur, si laboratorum et operarum

---

\*) Parisinus pes continet 1440, Vindobonensis 1401, Saxonicus et Svecicus 1320, Londinensis 1352, Rhenanus 1391  $\frac{3}{10}$ , Montanarum Civitatum, seu Schemniciensis 1494 partes; i. e. si mente concipiatur: pedem Parisinum in 1440 aequales partes divisum esse, tum Vindob. 1441, Londin. 1352 etc. etc. tales partes complectetur; Vindobonensis igitur pes major est v. c. Parisino, in eadem ratione qua 1401 (1440) majus; contra Schemniciensis major est eidem Vindobonensi in ratione, qua 1494, est majus 1441. Quod si quaedam longitudo minore pede mensuretur, plus obtineri debet, quam si eadem longitudo majore pede mensurata fuisset; quod de pedibus dictum; idem de pollicibus, et orgiis verum esse debet.

sufficiente numero, a ratione ejus magnitudinis et spei, quam praebet, ubertatis, per Judicium montanum determinando, provisum sit, et in ea labor montanisticus continuetur; \*) etenim: si hic per 14 dies prorsus intermittatur, opus Metallicum (nisi feriae et Moratorium impetratum fuerit, de quo mox acturi) desolatum, et novae Collationi et Mutungationi obnoxium efficitur. Art. IV. 3. et 4. O. M.

§. 155.

*Quilibet campus in regula cultivandus.*

Si Urburariatus plures Campos fodinales possideat, Jure metallico haudquaquam sufficit unum cultivabilem conservare, aliorum vero Cultivationem differre, verum singuli Campi in cultivabilitatis statu conservandi sunt; exceptio est: si Campi per Culturam Commassati

---

si modo in utroque loco, in quibus mensura accipitur, eadem ratione id fiat, v. e. orgia 6', pes 12" contineat; in quo plures enim partes quantitas aliqua dividitur, eo partes divisas minores, contra: in quanto pauciores eadem scinditur, tanto eas majores esse debere, naturale est. Cit. B. R. de 1753 in hanc rem §. 15. haec: „prima statim occasione perquirendum: an quilibet Urburariatus feudum suum pro mensurae magnitudinis et spei ratione sufficiente operariorum numero provisum teneat; casu in contrario, ad proportionatam ejus provisionem praemonendus, addito eo: indigne non ferat, si absque solida ratione improvisum relictum opus alii petenti collatum fuerit; ante tamen immedi compulsionis, et executionis actum I. Cameraegratiui per Judicium montanum relatio praestanda, ut nefors querulantes Urburariatus desuper audiri possint.“

seu convasati fuerint. B. R. de 26. Sept. 1798 significatur: vigore Exc. Rescripti sperari: ut Judicium Mont. penes quosvis seorsivos, cum aliis ad venas fibrasque metallicas non dum perfossos, et convasatos fodinales Campos Judiciale terminum erigi curet, et cultivabilitati camporum ad mentem V. O. M. serio intendat.

§. 156.

*Quid, et qualiter instituenda Commassatio.*

Commassatio, seu convasatio Camporum fodinalium praerequirit motiva et rationes sufficientes, ob quas Cultura in singulis Campis exerceri nequit; rationes hae medio libelli per Urburariatum produci, probari et Judicio montano praevie substerni, ab eoque, instituta etiam si opus fuerit, oculari inspectione examinari, et ferenda, si per id eae sufficientes recognitae fuerint, sententia Commassatio decerni, et decreta Libro Judiciali inseri debet praecipiente Art. XI. §. 1. O. M.

§. 157.

*Effectus Judicialis Commassationis.*

Convassationis Judicialiter admissae effectus est: quod commistae mensurae unico labore montanistico et operarum numero cultivabiles conservari, et uno ratiocinio absolvi possint.

§. 158.

*Quid incidente impedimento  
agendum.*

Interim evenire possunt casus, in quibus optime animatus Urburariatus Culturam operis metallici, aut singularis Campi fodinalis, vel non perfecte, vel prorsus non, aliquanto tempore cultivando est; in primo casu opus montanisticum labore moroso, seu interimali, in altero, Moratorio sustentatur.

§. 159.

*Quando labor morosus obtineat.*

Si adsunt rationes, non quidem adeo graves, ut omnem Culturam penitus intercipient, interim tamen tales, ut ob eas Cultura ordinaria institui non possit, in hoc casu ab Judicio expetit Urburariatus veniam ordinarium laborem differendi, Campumque fodinalem labore extraordinario providendi, qui nomine morosi, seu interimalis laboris (Weil-Arbeit)\* Jure Metallico venit, et eundem, quem Moratorium effectum producit.

§. 160.

*In quo proprie consistat.*

Qualis vero labor morosus habendus sit, et in quo opere genuine consistat, quid et quan-

---

\*) Labor interimalis quoque vocari solet is, quem Metallicola extraordinarias laboris montani horas peragit. Bergw. ad vocem Schicht §. 19.

tum per eum praestandum sit, non una olim erat sententia. Erant, qui ad eum peragendum satis esse existimarunt, si per 14 dies unus labor montanisticus absolutus fuerit; seu hic eruendis, seu ad diem promovendis mineris, (zu Tag.fördern) seu substructionibus fodinalibus reparandis (Zimmern) impensus fuisset; abusum hunc, fraudemque, illi praesertim Urburariatus exercuerunt, qui manutenendi, sub specioso morosi laboris titulo, Cuniculos suos ergo, usque opperiebantur, quo per vicinos Urburariatus larga vena metallica detecta fuisse animadvertebatur; quem Culturae montanae adversum abusum abolendi causa, altiore loco definitum est: ad conservandum medio morosi laboris fodinalem campum absolute requiri: ut in loco Centrali\*) (Feld=Drt) intra 14 dies, ad minimum Semipes, si labor ope pulveris pyrii (Spreng=Arbeit) suscipiatur; si vero ope Cunei metallici, (Keilhaus=Arbeit) perficiendus sit, ad minimum integer pes excindatur, secus pro moroso labore censi nequaquam possit.

§. 101.

*Laboris montanistici notiones.*

Labor, vel pensum montanisticum adpellatur *Schicht*, seu determinatum tempus 6, 8, 12 horarum, quo metallicola continuo labori vacare debet; porro significat portionem minerarum

---

\*) Locus, Drt, est extremitas Cuniculi usque quam is perducitur; ante locum laborare dicitur, dum metallifossor in fodina mineras eruit. — Centralis locus Feld=Drt, adpellatur, dum Cuniculo vel puteo locus in jacens vel pendens venae metallicae cultivatur.

ad semel liquefaciendam; item 4am partem Metallifodinae, seu 32 partes fodinales; unde dicitur: *habet quartam partem Schichtae = 8/128*. Si metallicola labore decedat, dicitur: *Schichtam suam perfecisse*; in prima vocis significatione diversae species: brevis, longa, mineralis, nocturna, diurna, matutina; quaelibet 8 horarum, et haec, 4 hora incipit; ista, 12a merid. illa, 8a vesp. — ratio laborandi pro regnorum diversitate varia. Vide *Bergbuch* ad vocem: *Schicht*. — Intuitu agendi laboris montanistici Art. XVII. O. M. haec. „Quot hebdomadis 5 1/2 Schichtae, singulas in 8 horis computando, agantur, plures in casu necessitatis tamen cum assensu Urburariorum admittantur; labori praefixo absque causae Montium Magistro praevia insinuatione non satisfaciens, dimittendus et puniendus, ut labor rite et perfecte peragatur, neve operarii in popinis, tabernisque aut alibi adhaereant, Judicis Montani cura sit; denique vigiliis magnorum Festorum montanistici labores intermittantur.

§. 162.

*Quid Moratorium et feriatio operis Metallici.*

Opera metallica, metallique fodinae ob graves rationes et impedimenta etiam feriari possunt, i. e. labor montanisticus in iis penitus longiore etiam tempore intermitti; ad quam feriationem tuto suscipiendam a Judicio montano *Moratorium* expeti, et impetrari debet, seu indultus laborem ad determinatum aliquod tempus,

pus, (plerumque ad tempus sublatis impedimen-  
ti) intermittendi, quin metui debeat, opus me-  
talicum ob hanc laboris intermissionem ceu de-  
solatum abmutungatum et alteri collatum iri.

§. 163.

*Quælia deponat impedimenta.*

Impedimenta ad impetrandum Moratorium  
oportet esse *sontica*, seu talia, ob quæ la-  
bor absolute perfici nequit, et quæ, ut talia, ip-  
sa lex, vel experientia docet (*ansehnliche, glaubliche, ehehaste Ursachen*) talia vero sunt:

1) Exortæ copiosæ, et indomabiles aquæ  
fodinales.

2) Lethales, sulphureæ, memphiticae, spi-  
ritum intercludentes fodinales exhalationes (tem-  
pestates, *Wetter*.)

3) Altae nimis nives, intensa ultramodum  
frigora. Art. X. O. M.

§. 164.

*Ubi, et quomodo expetendum.*

Libellus, et eo contentæ causæ (cum pro-  
bis) exhiberi debent *Judicio Montano*, ab hoc  
examinantur et ponderantur, quæ, si veræ et  
fundatæ repertæ fuerint, libello inscribitur (in-  
dorsatur) Moratorium, cum præfixione *Judicia-*  
*liter defixi competentis termini.* \*) (Formulam  
petendi Moratorii vide in Adpendice Nro. 2.)

\*) Cuniculi hæreditarii feratio ex privilegio durat anno  
et die sed sub conditionibus Art. III. O. M.

§. 165.

*Effectus impetrati Moratorii.*

Effectus Moratorii impetrati est: quod tueatur Urburariatum, ne intra praefixum terminum opus metallicum Moratorio provisum abmutungari in regula possit, caeterum: si quis, non morantibus allatis impedimentis, cultivationem offerat, tum impetrator Moratorii praeve admoneri, de facta oblatione certior reddi, et utrum intra etiam feriacionis (quae per eam expirat) terminum Culturam resumere velit, rogari debet prius, quam expetenti opus ferians conferri possit. cit. X. 7.

§. 166.

*Liber Judicialis feriacionum  
Montanisticarum.*

Impetratum Moratorium una cum nomine et cognomine impetrantis, item terminus praefixus, Libro Judiciali, hodie Feriacionum (Fristungs-Buch) montanisticarum, inseritur, quo vergente, si denuo vacationem laboris obtinere vult, rursus pro Moratorii prolongatione impetrator Judicium interpellandum habet. *Ibidem*, §. 2.

§. 167.

*Ejus requisita.*

De Feriacionibus et libro Feriacionum haec B. Res. de 1753. „Tertius liber eos Urburaria-

tus complectitur, qui pro fodinis suis legales ferias, seu cessationes necessitatem exoperandi esse existimant, adnotatis rationibus et motivis tempore petitaë et impetrataë vacationis,“ item Nro. 16<sup>o</sup> vigens in montanis I. H. Civitatibus contra X. O. M. usus, potius abusus, ferias petendi et petitionem renovandi, cum magno saepe rei montanae detrimento, ea ratione restringitur: ut non nisi praevia inquisitione, et causae cognitione in sensu O. M. conferatur, alias pro vacante, et collationi obnoxio feudo declaretur. „B. vero Res. de 1777 in hoc argumento sub n. 5. haec habet.“ „Liber feriarum, quae non intelliguntur factae quotannis ab ipsis Urburariatibus, subin in volumen compactae Feudorum specificationes, quarum in O. M. nec vola nec vestigium, quaeque indubie abusive introductae, et per quas facile Urburariatus aliquis jus quoddam subreptitiae, quod ei non competit, nancisci posset, cum eae absque debita Protocollarium Investiturarum combinatione a Judicio reddi soleant, quapropter earum in judicando, etiam si authenticatae, nulla reflexio habenda; nisi investituris Judicialiter susceptis conformes fuerint; contra: feriarum nomine ex mente legis eas scriptas Judiciales ad placidationes intelligendas, quae Feudatariis erga debitam insinuationem, ex gravibus rationibus tunc conferendae; si fodinas non ex morositate vel tardatione communium expensarum, verum ob alia insuperabilia impedimenta in statu Cultivabilitatis conservari, i. e. ordinate, et secundum principia Culturae prosequi non possint, absque his ra-

tionibus in liberum recidunt, ad quae proinordinate manipulanda, specialis liber Feriarum tenendus, de quo nihilominus in principali, necessaria adnotanda sunt.“

Adnot. Taxa pro Moratorio cum Improtocollat. 1 fl. pro omni mensura et alio Feudo 15 xr. NB. renovatio term. morat.  $1/2$ . Taxat:

### S E C T I O III.

#### *De obligatione Feudatariorum, rationes exhibendi.*

§. 168.

#### *Quo fundamento haec obligatio nitatur.*

Tertia, aequae legalis, indispensabilisque Urburariorum obligatio consistit in eo: quod iidem exactas, et adaequatas super quibusvis proventibus suis montanisticis, tam perceptis, quam impensis in Culturam suam montanam rationes statis, et per legem definitis vicibus Judicio, cum sufficientibus documentis exhibere, et per illud eas ratificandas, seu authenticandas curare obligentur — quae obligatio, prout in Jure supremi Principis Régali minerali, reservatoque ab eo Dominio directo remotam, (§. 47. 120.) ita in latis eatenus legibus et ordinationibus proximam rationem, causa vero ejus injunctae, in utriusque, tam altissimi aerarii, quam ipsorum Urburariorum utilitate et emolumento, fundamentum habet.

## §. 169.

*Ejus intuitu legis dispositio.*

Art. XIV. 2. O. M. jubet: ut singulis 14 diebus rationes coram Magistro montium conficiantur—B. Res. de 15. Junii 1777 intuitu Revisionis rationum Mont. sequentia sub n. 4. ordinat: Revisionem rationum montanisticarum, tam intuitu regalium Principis, publici boni, et ipsorum Urburariorum, ne expensarum communium, et adquirendorum proventuum mineralium abusu damnificentur, proin indivulsum altissimi Regalis accessorium esse, eoque fine O. M. expresse praecipit: ut rationes singulis 14 diebus coram Magistro montium conficiantur; id vero cum ob nimiam Metallifodinarum difusionem hodie fieri nequeat, altissime ordinari: Urburariatus huic obligationi semet subducere haud posse, seu in profectu, seu defectu constituentur, Judicio Montano ad minimum quolibet Semestri, genuinos Extractus Rationum substernendi, quas illud, expetito etiam, si opus fuerit, originali, debite examinandas, summasque expensarum, et proventuum conferendas habet, eo tamen cum discrimine: quod titulo communium expensarum (*Sammkosten*) ab ipsis Co-Urburariis collatum, quid, contra, per Culturam lucrifactum sit, inserere debeat distincto libro expensarum montanisticarum; neque deinceps abusus tolerandus: tunc solum, dum Urburae remissio, vel auctior auri et argenti exsolutio ab Urburariis sollicitatur, quod Urburarialium Scribarum rationes producantur, revideantur, im

ab his dumtaxat rationum Extractus expetantur, sicque Tabellae Deperditae absque investigatione: an exactae sint, a iudicio authenticentur, cum damno Principis intuitu Urburae, et auctioris auri et argenti exsolutionis.

§. 170.

*Intuitu authenticationis Urburarium Tabellarum.*

Altero Rescr. de 21. Julii 1784, in merito authenticationis Urburarium Tabellarum percepti et expensi, sequentia ordinantur: 1) Ordinem rectum deponere, et ipsi Urburariorum securitati proficuum illucere: ut ad demonstrandas tam expensarum quam et reddituum suorum fodinalium summas a Iudicio montano authenticatae percepti et expensi Schedae iis extrudentur, cum alias pro arbitrio calculare et rationes inire possent. 2) Legi conforme esse: ut absentes Procuratorem Oeconomicorum et Judicialium negotiorum suorum Iudicio Montano indicandum, et coram eo constituendum in loco habeant. 3) Legi et securitati tam Excelsi Aerarii, quam ipsorum Urburariorum convenit: ut Urburariales Rationistae quolibet trimestri summarias rationes reddituum et erogationum montanisticarum suarum Iudicio Montano exhibeant, ad cognoscendum: an non aerarium in Urbura, vel maiore summa relictoria damnificetur, et hi plus justo graventur; refragantes huic adeo salutari ordinationi in primo et secundo casu, occasione enati dam-

ni, vel ex defectu constituti Procuratoris assistentia Judiciali, in tertio vero deperditae, beneficio dispensationis ab Urbura, aut impetrandae majoris summae relutoriae destituantur.

§. 171.

*Ulterior dispositio.*

B. Res. de 20. Sept. 1779. Legitimationes de productis Mont. quae aerariali relationi non subjacent, quotannis ab Urburariis juxta annexam eidem Formulam in rubricas tributam, speciem productorum, pondus, proventum in pecunia, pretium medium indicantem, submitendas jubet; cui consonat Res. de 4. Martii 1793 intuitu annuarum Tabellarum, super relationem aerarialem haud ingredientibus productis mineralibus, exhibitione.

S E C T I O IV.

*De praestationibus Urburaviorum.*

§. 172.

*Quae onera Urburariis pendenda.*

Inter obligationes quibus Feudatarii Montanistici tenentur, praecipua, et essentialis est: onera Feudo montano imposita dependendi, quae Dominus directus, utpote Princeps, in compensationem cessi dominii utilis a Feudaterio jus exigendi habet (§. 120. 137.) hoc jus a praecipua praestationum specie Urbura, Jus Urbura

rae, et, qui eam pendunt, a correlata ei obligatione Feudatarii, communiter ideo etiam Urburarii adpellantur.

§. 173.

*Eorum variae species.*

Pro diversitate regnorum diversae quoque sunt praestationum species, ut: a) trimestre vectigal, seu quatuor temporum (Quatembergelder) quod in Saxonia et Bohemia sine intertenendorum Juratorum, et communium montanisticarum necessitatum providendarum titulo ab omni Metallifodina, quolibet trimestri Montium Magistro dependitur \*) aerario Regio inferendum. b) Detracta monetalis, (Schlagsatz) Urburariis in monetario Officio titulo sumtum in cusionem detrahitur; \*\*) denique c) Urbura.

§. 174.

*Urbura quid in genere.*

Urbura, (Frohne) seu decima, est vetustis-

---

\*) Videlicet ab omni Metallifodina, Tussoria, vel lotorio primo quadrante post Investituram Investitus dispensatur, postmodum non dependens 5 fl. secundum Ord. Joachim. verò 10 fl. 2da 20 fl. multam solvit, 3tio casu feudum amittit; in Bohemia efficit 21 xr. a qualibet fodina inventoria; in Hungaria 3 1/2 gross. Jure Maximiliano vero extra usum est. Peithner in M. S. §. 105. Ita Bohemicis Urburariis pro Marca Vind. pond. 22 fl. 25 xr. solvitur, quamquam fabricatum argentum 23 fl. et ultra reluatur, ut proin efficiat detracta monetalis in Marca 35 — 55 xr. In Hungaria haec praestatio relationi jam imputata est. cit. §. 108.

simum praestationis genus, utpote, quae jam saeculo XII et XIII. principi, ceu specialis reditus ex cultura montana a privatis cessa et depensa per omnem Europam fuerat, \*) habitaque instar conditionis, sub qua Cultura montana a privatis exerceri potuit.

§. 175.

*Urburae varia significatio.*

Quamquam vero in regula decima haec secundum genuinum vocis significatum ab omnibus mineris Domino directo, vel in natura, vel currenti pretio cujusvis metalli praestari deberet, id nihilominus pro diversitate regnorum, in specie in Hungaria per BB. Rescripta et consuetudinem exceptiones patitur, ex quo proin fit: ut haec decima non semper terna pars productorum mineralium, sed, pro diversitate objectorum et adjunctorum, debita Principi, titulo compensationis cessi ab eo domini in opus metallicum (§. 126.) determinata productorum mineralium ab eo, pars sit.

§. 176.

*Urbura in Hungaria generatim.*

In Hungaria jus Urburam non modo exi-

---

\*) Beyer in Otiis Metallicis P. I. p. 229, refert: vetere Iglav. et M. Misnensi Ordinatione montanistica vestigia reperiri, quod Dominus Feudi decimae renuncians, cum Urburarius tertiam laboris partem suis expensis perfecit, hanc ratam Dominalem vocatam, decimatamque disquirere debuisse: quid Domino praestabilius sit, ratam aut decimam percipere.

gendi, sed et quantitatem ejus defigendi, vel summam ejus relationalem determinandi Juris Regii absoluti esse, et Capite Partis hujus I. §. 54. demonstratum, et ex Art. XXII. O. M. clarum est; in cujus determinatione condignam Urburariorum expensarum et fatigiorum rationem a Principe semper fuisse habitam dubium nullum est; quae ratio est, quod eodem Articulo sibi suisque Successoribus pro adjunctorum ratione intuitu Summae relationalis cum Urburariis agendi facultatem Imperator pro Jure sibi competente reservaverit, ibid. §. 1. 2.

§. 177.

*Intuitu ejus exercitii minerarum  
Classificatio.*

Ex hactenus dictis patet: Regem Hungariae hoc jus Urburae nequaquam in plena extensione exercere, sed ejusdem exercitium partim legibus a se conditis, partim observantia determinari. Respectu hujus exercitii minerarum in quinque Classes dispescuntur: aliae sunt, quarum ipsam Cultivationem Regia Majestas exclusive sibi reservavit; aliae, quae ad Jus Regale adusque prorsus non pertinent, aliae, quae Urburae juxta et relationi subsunt, aliae soli Urburae subjacent, denique ab aliis nulla penditur Urbura, prout in genere insinuavimus §. 49.

§. 178.

*Primae Classis.*

Hanc constituunt minerae, quarum Cultus

nam Rex sibi soli reservavit, pleno in ejus dominio manserunt, neque a privatis possideri, proinde nec mutungari, aut iis conferri possunt; huc pertinet *Sals* tam fossilis, quam coctilis, solum intuitu ejus pretii statutum lege est: quod extra Comitata, nisi extreme urgentes necessitates aliud exigent, elevari non possit 20. 79 0/1.

§. 179.

*Secundae.*

Ad Regale Minerale prorsus non pertinent *Lythantraces* \*) et *opali*, \*\*) qui proinde nec mutungationi, nec collationi montanisticae, nec ulli obligationi feudali montanae obnoxiantur, sed a quolibet Domino terrestri cultivari pro arbitrio possunt, ex quo una consequitur: harum minerarum Cultores neque iis privilegiis frui, quibus gaudent Cultores fodinarum Juri Regali minerali obnoxiarum.

§. 180.

*Urburae et relationi subsunt: ☉ et ☽*

Classi mineralium, quae tam Urburae quam

---

\*) B. Res. de 24. Dec. 1788. Urburae relaxatio a lythantracibus, „ne per has innovationes producti tam utilis promotio impediatur.“ Item: de 30. Junii 1788. „ne haec, et fors in Hungaria et Transsylvania adhuc detegendae apud Judicium Mont. mutungentur, proinde a Collatione et Jurisdictione Mont. plene immunes, ac Jurisdictionis terrestralis dispositioni plene liberae reliquantur.“

\*\*) Res. de 11. April. 1788. opalorum investigatio quibusvis privatis in cunctis Camerali et Civicae administrationi obnoxiiis bonis interdicitur; „caeterum reliquis privatis Dominiis in suis territoriis libera relinquitur.“

et relationi subsunt, adscribuntur sequentia: Aurum et argentum omne, vigore Art. XXII. 2. pecunia, quae Cambialis pretii nomine venit, erga Conventionem, cum Urburariis eatenus ineundam, defigenda, reluendum; in cuius legis in effectum deducendae sequelam Art. XLI. veteris legis sanctionem (§. 28.) renovat: ut omne aurum et argentum Camerae tradatur, ne subducatur, aut clancularie exportetur; eadem plane ex ratione ob latens Jus Urburae et relationis alienatio privatorum mineralium frustorum inspectioni et legitimationi Officiosae subjicitur B. R. de 14. Oct. 1789.

§. 181.

*Ut in venditione mineralium frustorum procedendum.*

Instructio, qualiter in venditione mineralium frustorum procedendum sit, cit. Res. contenta, sub n. 6. sic habet: „ad antevertendas clancularias alienationes, per privatarum praesertim minerarum quaestores, Judicio incumbet inspectioni expediendarum, aut ad venditionem relationemque delatarum mineralium intendere, in modum earum aquisitionis inquirere, legitimationem desuper a partibus concernentibus exposcere, Praefectis caeterosque Officiales montanos obligatio manet sollicite praecavere subductionem et distractionem mineralium ex sibi creditis fodinis, ei invigilare, sed nec sibi appropriare.“

## §. 182.

*Pretium Ⓞ et Ⓜ Cambiale, pro ratione temporum varium, quantum hodie.*

Pretii hujus Cambialis, quantitas, quod pro adjunctorum ratione diversis temporibus a Regibus nostris defixum, (§. 156.) adeoque etiam diversum fuit, hodie recentissima B. Resolutione est pro Marca Argenti 19 floreni, et 12 xr. Auri vero Marca 330 fl. 28 xr. in moneta Conventionali. — Sub Ferdinando I. supplicarunt Status Majestati: ut Ⓜ M. 6. flnis. minus Ⓞ thone, seu 25 Den. ex causis adductis, „ob profunditatem, videlicet, minerarum, et aquarum incrementum, et triplicatas expensas et labores Montanorum,“ reluatur; 545. 50. ad quem responsum Imperatoris legi potest §. 16. — Ex eo tempore varium fuit Cambiale pretium, donec in hodierno constiterit. Invalescentibus Schedis Bancalibus, cumque valoris earum subcessiva defectione rerum quarumvis ad Culturam montanam necessariorum caritate intensa, laborantem Culturam montanam, per resolutas identidem clementissime adjutas, ita dictas, *Caristiales*, per exsolutionem partis pretii relationalis, in moneta Conv. reliquae vero in duplum auctae, adjutum ibant BB. Res. de 31. Aug. 1808, et 5. Sept. 1811 — novissima vero B. Resolutione de 24. Junii: (Decreto aulico de 11. Maii 1815.) Urburariatibus relutio Ⓞ et Ⓜ in moneta Conv. de integro secundum memoratum cambiale pretium originarium de

clementia Regia resoluta est; §. 1. „privatis Urburariis et lotoribus pro productis, et ad relationem adlatis nobilibus metallis, utpote: contus. molari, et lavatili ☉ minera, (Pechmühl und Wasch = Gold = Erze) ☉ item, et ☽, tam in statu metallico, quam in mineris, et liquefacta materia, puros proventus obvenientes in sonante moneta, ☉ in Ducattis, ☽ vero in argentea moneta, et ita quidem compensandos esse: ut si exsolvenda relationalis rata ☉ non efficeret Ducattum, tum in vigesimariis exsolutio fiat, et non nisi quae infra 20 xr. residua est summa, in cuprea moneta dependatur.“ (§. 3.)

§. 183.

*De praestationibus Aurilotorum, et relatione auri lavatilis.*

B. Resolutione de 21. Aprilis et 18. Aug. 1777. Instructionis pro ☉ lotoribus de 17. April. 1749. Confirmatoriis, et quae XXXIX. O. M. intuitu mutungationis, collationis, dimensionis et reliquarum formalitatum montanisticarum praescribit (quaeque §§. 97. 108. item 109 et 151. in eorum conformitate retulimus,) in suo esse relictis, in argumento causarum aurilotorialium secundum Ordinationem mont. decidendarum, in quantum dominia terrestria, poenamque, in ☉ lotores quoquomoda impediens; aut lotum ☉ indubite redimentes, aut dolose et fraudulente subducentes, concernit, sequentia instar universalis legis in conformitate O. M. observanda praescribuntur: 1) Domino terrestri licitum est aurilo-

turam in suo territorio per suos exercere, verum lotum aurum, velut Regale principis, erga pretium in parato, et absque mora percipiendum, ad Officia Cameralia in praemptionem Regiam administrare obligatur, quae ei in continenti moderatam quantitatem, declarandae per eum necessitati admensam, pari relictionis pretio restituere obligantur. 2) Ab aurilotoribus ☉ redimere, illud reservare, aut beneficium ☉ loturae in Arendam dare, similiter aurilotores vexare, taxare, aut in opere turbare vetitum est sub actione adversus turbatores proventuum Regiorum suscitanda. 3) Lotura ☉ ex Jure eminente et Regalis mineralis, praemissa Dominiis terrestrialis salutatione per Cameram Regiam ubivis exerceatur. 4) Clandestina ☉ loti evectio in conformitate 17. 1659. et aliarum Regni legum, \*) confiscatione seu contrabanda, non modo ipsius modo materialis, sed et Currus, jumentorumque, quo ad alios, privatione ratae fodinalis suae, quoad praeveritatores legis, poena 50 flnos. pro singula emta vel vendita loti ☉ scmiuncia, a Nobilibus quidem legali Processu desumenda; opifex, aurum ejusmodi crudum absque scripta a Domino terrestri recognitione elaborans, amissione insuper opificii plectendus. Judacis quovis quaestu cum auro crudo sub poena eliminationis interdicto; Denunciatis casum praevericationis, tertialitate addicta. In territoriis dominiorum terrestrialium lotores ☉ montanistice investiendi, ne praepjudicium in:

---

\*) In specie: 16. 1609. 43. 618. 28. 1548. etc.

tuitu communis usus Fisco Regio enasci possit;  
 Ad animandos ☉ lotices mutungantibus absque  
 clausula Investitura conferenda. 6) Pretium re-  
 lutionale ☉ loti elevatur a quantitate aureum ad-  
 pendente 12 xris., proin S. V. Danubialis in 15 fl.  
 30 xris. Murae et Dravi, 14 finis. 45 xris., aliorum  
 fluviorum 11 fl. proinde singula S. U. 1 fl. auctiore.

§. 184.

*R e l i q u a e.*

Praeter metalla nobilia ad hanc Classem re-  
 fertur: Mercurius, plumbum, et Cuprum. — B. Res. de 16. Nov. 1785. Investituras  
 ad Cinnabarim et Mercurium concernens sequen-  
 tia disponit: Investitura cuivis conferenda, re-  
 servato attamen secundum O. M. competente Ju-  
 re relationis; pretium ejus usque ulteriorem dis-  
 positionem ad 100/0 defigitur imputata jam Ur-  
 bura; in praevericationem § singularis officii vi-  
 gilia adhibeatur; fodinarum consignatio Mer-  
 curii et Cinnabaris in Districtu existentium, S.  
 Camergrafiatus Officio quolibet trimestri sub-  
 mittenda. Praefecti et Directores harum fodina-  
 rum specialiter adjutandi; denunciante suppresso  
 nomine consuetam confiscatae quantitatis  $\frac{1}{3}$   
 pretii partem obtinebunt. 2 Centenarius in con-  
 vent. moneta 32 finis.; vigore B. Res. de 25.  
 Oct. 1808. ab 80 finis. ad 100 fl. elevatus detra-  
 cta tamen deperdita furnali, (Feuer Calo) 1811.  
 pretium relat. erat 50 flni. V. V. (ita in Repraes.  
 SS. et OO. e. a.)

§. 185.

## §. 185.

*Soli Urburae subsunt.*

Urburam, quin reluantur, pendunt: 1) Antimonium, quae consistit in  $\frac{1}{17}$  venditi, et Judicialiter probati venditionalis pretii. Intuitu Antimonii B. Ordinatio de 8. April. 1793, qua Urburariatus Urburam ab eo dependentes ad semestria ratiocinia de fodinalibus, et Ustrinalibus sumtibus, tum liquefacti  $\Delta$  redivitibus adstringi jubentur, sequentia continet: cum vigore Resolut. de 7. Junii 1784 Urbura ab  $\Delta$  in natura desumenda, occasione ejus praestationis, si emtores liquefacti  $\Delta$  cum producentibus cointelligentes sint, defraudationes pro aerario orientur; damnaque, quibus elevatio ustrinalium expensarum haud satis consulit, emergant, hinc Exc. Dicasterium jubet: ut concernentes Urburariatus adstringantur, ad deponenda deinceps de fodinalibus, et Ustrinalibus sumtibus, et de perceptione liquefacti  $\Delta$  penes substitutiones Mont. Judiciarias semestria ratiocinia, iis originales et specificas operis expensas adcludant, postea  $\frac{1}{17}$   $\Delta$  liquefacti, detracta  $\frac{1}{17}$  impensarum Ustrinalium, in natura dependant, quo sic in natura percepta Urbura emendi cupidis currenti pretio distrahi, et computari poterit, pro majore altissimi aerarii securitate, quin periculum sit, in depensione Urburae, alioquin favorabiliter defixa, defraudationis. 2) Ochra Veneris, seu viride montanum, cujus  $\frac{1}{12}$  titulo Urburae penditur. 3) Auripigmentum et Cobaltum coloratum, a quibus  $\frac{1}{10}$  in natura titulo Urburae

desumitur. B. Res. de 9. April. 1783. intuitu regulandae Urburae de Antimonio, mineris ferri, Ochra Veneris, Auripigmento, Cobalto Colorato etc. 4) Alumen, Sulphur, Vitriolum, „Alumen, Sulphur, Vitriolum (quae B. Res. de 22. Martii 1786. ab Urburae de praesenti praestatione eximebantur) ait B. Res. de 14. Dec. 1803, ad Regale minerale pertinent, Collationis Judicialis Mont. objectum sunt, Sup. Hungariae Fodinae Urburam continuo pendunt, ab ejus igitur pendendi obligatione Urburarius Inf. Hungariae Patent. 1781, extra vigorem positus, nixos, relevari haud quaquam possunt.“ Perinde hodie praestationi Urburae subjacet. 5) Ferrum, vigore B. R. de 2. Aug. 1816, quae consistit in 20<sup>ma</sup> parte Judicio probati pretii, venditi currentis. A ferro Urburam pendendam 30. 1492, et Patentales de 1781 supra memoratae, et in earum conformitate B. Res. de 25. Apr. 1782, et 22. Martii 1786, diserte pronunciant, jamque ejus praestandae obligationi, positiva lege Regni nixae, Urburarius se adcommodare, et eatenus cum Fisco Regio tractare occoeperunt, cum consuetudine cum 20. Febr. 1790, revocata, jus Regium usque praesens adhaesit — usque anno 1816 interimaliter defixa, et quidem a ferro crudo (Roch = Eisen) non fabricato, nec a mineris ferri, a quibus a Cent. 4 xr. pendi soliti titulo numi Cassalis, (Lade = Geld) nequaquam Urbura est. —

§. 186.

*Quae minerae a pendenda Urbura  
immunes sint.*

Ab Urburae praestatione plene eximuntur Metallifodinae, quae in defectu seu *Deperditio* (*Berbau*) constituuntur, seu, in quarum *Cultivatione* impensae majores sunt redivis; hic defectus nihilominus debet rite et sufficienter coram *Judicio montano* probari, et legitimari, atque dispensatio ab Urbura, vel pro ratione adjunctorum, major summa redivisoria ab excelso loco expeti.

§. 187.

*Quae intuitu legitimationum Deperditorum lege Metallica praescribantur.*

Intuitu legitimationum, per quas damnum, quo Metallifodina colitur, seu fundamentum petendae dispensationis ab Urbura, vel majoris summae redivisoriae edocetur, haec lege Metallica praescribuntur: 1) Dispensationis sollicitandae habitas praesumit obligationi, trimestres super expensis et perceptis montanisticis rationes *Judicio Montano* exhibendi, et ab eodem authenticandas curandi, ad amissim satisfactum esse (cit. §. 151 \*) in fine B. Res. de 24. Julii 1784.) 2) Si Urburariatus plures Metallifodinas et Campos fodinales eodem tempore possideat, et colivet, expensae et proventus non pro omnibus in summa, sed pro singulis speciali-

ter probari debent, et ita dispensatio etiam ab Urbura, pro singulis in specie expeti; 3) Expensae extraordinariae, ut sunt: in erectionem molarum contusoriarum, vel alia utilitatem, aut fructum adferentia aedificia, praecipue in domos inquilinares, legitimatioem ingredi nequeunt, ingressae rejiciuntur. 4) Expensae authenticis Documentis super singulis rubricis firmandae sunt.

§. 188.

*Ut eae instruendae.*

His requisitis munitae legitimaciones sine impetrandae dispensationis, aut majoris ☉ et ☽ re-lutoriae summae Judicio montano substernendae; in hoc, rationes et documenta invicem comparantur, examinantur, ponderantur, et realitate earum inventa, authenticantur sicque ad Exactoratum Supremi Officii Montani transmittuntur; in hoc denuo assumuntur singulae rubricae, et censorio oculo pervestigantur, difficultates exponuntur, iterum authenticantur, et supremo Officio Districtuali montano substernuntur, ab hoc cum opinione officiosa ad Excel-sam Cancellariam pro decisione expediuntur. \*)

§. 189.

*Quae circa dispensationes ob-servanda.*

Dispensationes ordinarie conceduntur ad

---

\*) B. Res. de 19. Martii 1871 praescribitur, quid in ad-missione majorem ☉ vel ☽ solutionis Summam sollici-tantium Urburariorum legitimacionum observandum sit.

certum terminum, quo elapso, Urburariatus in beneficii usu permanere cupiens, denuo, imo ante recurrere debet, quam is exspiret. Exactoratus in revidendis ratioconiis maximam exactitudinem et attentionem adhibere jubentur, Officiumque montanum invigilare: utrum Urburariatus beneficio gaudens, a damno se non recolligat, etenim: maioris summae relocatoriae persolutio, aut dispensatio ab Urbura intra etiam terminum ex ipso illo articulo temporis desinit, quo damnum ex integro cessavit, cum cessante causa effectum quoque cessare debere naturale sit. \*)

## C A P U T V.

### *De modis amittendi Feuda Montanistica.*

#### §. 190.

#### *Quid sit opus Metallicum desolari.*

Jura et emolumenta, ex adepto dominio utili orta, rursus amitti, et cum ipsis connexa beneficia cessare possunt, si videlicet Feudatarius conditionibus, ad quas senect Collationis tempore obstrinxit principi, videlicet, collatum opus metallicum in statu cultivabilitatis conservandi, non satisfaciat. — Generatim Feudatarius Mont. opus metallicum in statu cultivabilitatis non conservans, illud desolari, (auflassen) ipsum

---

\*) B. Res. de 10. Jan. 1780: ut Urburariatus, qui aucta  
 Ⓞ et ⓓ solutione fruuntur, ad praestandam expensarum  
 et preventuum suorum legitimationem adstringantur.

vero opus, legalibus ad cultivationem requisitis destitutum, desolatum, (aufgelassen, verlegen,) dicitur. \*)

§. 191.

*Quotuplici ratione id fiat.*

Metallifodinae desolatae effici, inque liberum recidere queunt modo duplici: a) Absque Culpa. b) Culpa Feudatarii montani; pro diversitate modi effectus quoque diversi sunt,

§. 192.

*Quando absque Culpa desolatum reddatur.*

Citra Culpam desolatum efficitur opus metallicum, dum Feudatarius illud ob non mutabilia, ad minimum de praesenti irremovibilia infortunia, puta: exortas nimis copiosas, subitas, et machinis exhauriri domarique nequibiles aquas fodinales, ob adversas malignasque tempestates, ob nimis sumtuosam Culturam et exiguum proventum etc. cultivationem prosequi non valet, ultroque feudo decedere illudque linquere cogitur, quod una ratio illud feriari sinendi, et medio Moratorii, vel morosi laboris jus sustentandi, perpensis rerum adjunctis, desit.

---

\*) Binae hae voces lingua montanistica discrepant; illa opus metallicum recens, illa dudum desertum denotatur,

§. 193.

*Effectus operis desolationis.*

Si opus metallicum usque faventiora adjuncta feriari sinatur, retinet usque Jus actatis, Urburariatus vero beneficia ex Collatione orta, quo alius, non obstantibus Moratorii petendi rationibus, cultivationem non offerat, vel terminus Moratorii exspiret (§. 104.) quod si vero Urburariatus opus montanisticum simpliciter deserat, tum quaevis operi adhaerentia Jura, et cuncta ex dominio utili immediato premanantia privilegia et emolumenta (§. 123, 124, 125, 126.) si caeterum penes nullam Metallifodinam cointerressatus sit, amittit. Idque ipso jure, et merito: cum enim essentiali, collationis actu initae, obligationi non steterit, legisque beneficio non utendum ratus sit, perque absolutum decessum suum obtentis per eam Juribus renunciarit, sibi imputandam habet desolationem, et quosvis ejus effectus.

§. 194.

*Quid Juris veteri Urburariatui  
in desolatum opus.*

Quamvis vero tali modo desolata Metallifodina rursus ad liberum principis recidat, alii-que faventibus adjunctis, mutungare extra serias Montanisticas (§. 105.) volenti, conferri rursus possit, \*) attamen praehabita, tempore de-

---

\*) Collatio desolati operis ordinarie, i. e. ad praescriptum §. 104. suscipienda.

sertionis minerarum, materialium, et Instrumentorum montanisticorum penus, Inventario contentae res, cunctaque ruta caesa Urburariis desolati operis ceu proprietates remanent, nisi Creditores ad eas praetensiones faciant, contra, quae citra destructionem auferri amoverique nequeunt, *Fixa vineta*, citra ullam compensationem novo cedunt expetitori; praeterea Cultura legitime decedentes Urburarii jure gaudent, si intra anni spatium *Metallifodina* in Cultivationem assumpta fuerit, exigendi: ut sibi, ceu inculpatis Urburariis, qui Cultivationis tempore competencias sibi obvenientes rite praestitere, a novo mutungatario, praefereenter aliis accessus ad Urburariam societatem offerri debeat; praerogativa haec nihilominus exspirat, si feudum ultra annum existat in libero principis.

§. 195.

*Ut et quando desolata Metallifodina recuperari possit.*

Ex dictis patet: inculpate desolanti, potius opere decedenti, Urburariatui, rationem, desolati operis recuperationem petendi, nullam suppetere; cum continuo ei objici possit. quod legis beneficio non uti volens, favore ejus indignum semet reddiderit. — Sunt nihilominus casus lege proditi, in quibus culpa expers Urburariatui desolatum opus re — acquirendo est: — videlicet: si absque scitu, consensu, et voluntate Urburariorum culpa et negligentia, morositate et infidelitate, aut malitia laborantium

desolata reddita fuerit; cum in hoc casu inson-  
tes, et in bona fide versantes Urburarii, nullo  
remedio desolationi occurrere valuerint, cum  
legis favorem experiuntur, ut: si ejusmodi fo-  
dina 6 hebdomadis desolata sit, et expetitur,  
novus acceptor 14. die in praesentia veteris Ur-  
burariatus rationes inire debet, et si hic sumtus  
in diurna habitos solvat, recipiunt hi partes su-  
as fodinales, reliqui sumtus et expensae quas  
habuit, per Judicium montanum limitantur, la-  
boratores vero, omnesque qui causa desolatio-  
nis fuere, praeter damni refusionem puniendi  
X. 6. O.M. Praeterea si desolata Metallifodina,  
ante, quam per novum petiorem expetita fuerit,  
a vetere Urburariatu labore denuo provideatur  
et 12. hebdomadis continuo in ea laboretur, et  
publice in ea computus instituat, rursus Jura  
veteris Urburariatus reviviscunt. Cit. §. 9.

§. 196.

*Quae circa desolationem observanda.*

Si Urburariatus necessitetur citra culpam  
suam opus metallicum desolatum relinquere,  
nec recuperandi potens sit, ad evitandam quamvis  
maleversationem, Magistro operarum montana-  
rum, hic Judicio montano notum reddere obligatur;  
hujus ex mandato Metallifodinae officiosa Re-  
ambulatio instituitur, pro futura notitia sta-  
tus totius recens desolati operis describendus,  
cum adnotatione incisurarum (minerarum erui  
coeptarum, *Anbrüche*) earum capacitatis, va-  
loris, item causarum et motivorum factae de-

solutionis exacte et sincere, ut in Casu resumendae fortassis olim cultivationis necessariae relationes et informationes praesto habeantur. D. S. I. §. 11. Mutungationes quaevis in conformitate 1. 2. D. C. erga praeviam Mont. Magistri cum Juratis reambulationem operis cum accurata descriptione, Archivo Judiciali reponenda, suscipiendae praecipiuntur Regul. Feud. de 1753. n. 15.

§. 197.

*Quando culposa Desolatio operis.*

Sed et Culpa Feudatariorum, seu Urburariatus opus montanisticum desolatum effici, ac proinde in liberum principis recidere potest, casibus in sequentibus: 1) Si in mutungando, aut actu confirmationis morositas et negligentia ex parte suscipientis interveniat. (§. 96. et 105.) 2) Si in sasu, quo Metallifodina moroso labore providetur, praescriptus ei pes vel semipes non excindatur (§. 160.) 3) Moratorii termino elapso et non reimpetrato; (§. 166.) Si Moratorio cultivabiles sustentata, idque non legitime impetratum sit. 5) Ad petitionem alterius Moratorio provisi operis, cultivationem non obstantibus eo contentis impedimentis intra etiam praefixum Judicialiter terminum offerentis (§. 165.)

§. 198.

*Quid in ea Furis.*

In prioribus casibus citra ulteriorem edictionem, admonitionem, aut considerationem de-

solatum opus novo mutungatario, seu is extraneus, seu participans veteris Urburariatus sit, confertur, et suo pte in liberum Principis recidit, eo subintellecto: Culposam desolationem sufficienter probatam et demonstratam, per veterem Urburariatum vel ultro agnitam, aut non impugnatam, remonstratam et elisam esse. In postremo vero casu praeviis diversis requisitis adhuc opus est. Art. X. §. 3. O. M.

§. 199.

*Quae cautela circa opus Moratorio provisum.*

Facta videlicet Moratorii Edictione (§. 165.) Urburariatus intra 14 dies declarare obligatur: utrum ipse feriantis operis cultivationem prosequi, quodque novus expetitor offert, praestare, aut, contra, Metallifodinam eidem cedere velit; si primum, jure pollet praelationis, casu vero in altero, opus novo expetitori pro more confertur. Quod si hac declaratio infra legalem terminum non fiat, Metallifodinac per Juratos parochianos reambulatio instituitur, et, si intra octiduum tribus distinctis vicibus, ordinariis matutinis horis, labore et operis provisam non deprehendant, id Judicio montano indicandum habent, et tum libere reambulasse dicuntur. Relatio super reambulatione operis facta, debite registratur, et novo expetitori confertur desolatum; quod si Jurati tertio laboris stadio Metallifodinam operis provisam reperiant, causa primum, ob quam priora stadia

non observata fuerint, cognoscenda est, siquidem in casu, quo Urburariatus sufficienter se excusare potest, Metallifodinam retinet, Casu in contrario, novo expetitori confertur, cit. §. 7.

§. 200.

*Effectus culposae desolationis.*

Pendente inter Urburariatus, intuitu quaestionis: an opus desolatum sit, lite, \*) libera reambulatio liti obnoxii operis non obtinet; si vero quaqua ratione, culpa tamen Feudatariorum opus montanisticum in liberum Principis recidat, hi iis nequaquam omnibus gaudent juribus, et praerogativis, quae fruuntur insontes (§. 194.)

---

\*) Ut haec, seu Officiosa cognitione, seu medio Processus Judiciarii ad quorum alterutrum sine probandi Juris sui, partes, montium Magister, occasione susceptae, at vulneratae per exceptionem, ordinariae collationis, inviandas habet, instituenda sit, declarabitur in Jure Metallico privato.

---

## P a r s III.

### Principia Juris privati Metallici Hungarici.

#### C A P U T I.

#### *De Furibus et obligationibus Urburarialibus in genere, in specie singulorum Urburariorum.*

##### §. 201.

#### *Divisio Metallifodinae.*

**M**etallifodina potest vel per unam personam physicam possideri, cultivarique, vel moralem, seu per integram societatem, quae coalescit ad cultivationem communibus consiliis, viribus, periculo et emolumento perficiendam; ordinarie Metallifodina in 128 actias, vulgo Kuxas, seu partes fodinales, dividi concipitur; singulae harum in 48 partes subdividuntur, quas, improprio nomine, Duodecimas (Zwölftel) adpellare placuit.\*) Divisio haec communis, et usitatissima quidem, non tamen universalis est; dantur quippe Metallifodinae quae aliter dividuntur. v. c. Cuniculus vetus Antonii in Eisenbach in 15/15, Friedenfeld ad Stöplitzhof, in 256 Kuxas etc.

---

\*) Proin ordinaria M. Fodina: 6144; Schichta, 1536 duodecimis.

## §. 202.

*Urburariatus, Urburarii, eorum  
diversa Jura et obligationes.*

Omnes partium fodinalium possessores constituunt societatem Urburariam, seu Urburariatum, (*Gewerkschaft*) cujus singuli socii et membra Urburarii, (*Gewerken*) ab Urbura, quam pro rata possessionis pendendam habent, adpellantur, quorum, qui plurimas partes possidet, Urburarius principalis, (*Haupt-Gewerke*) reliqui, Co-Urburarii, (*Mit-Gewerken*) audiunt. Illi competit in regula directio totius operis, \*) attamen cum cointelligentia, et consensu reliquorum Co-Urburariorum. Jura et Obligationes Urburariatuum et Urburariorum singulorum in genere explicantur in articulo XII. O. M. In momentosis moram admittentibus negotiis indici debet Sessio Urburialis cum praescitu Judicii Districtualis coram Deputato Judiciali celebranda B. R. de 28. Dec. 1803. et collatis votis, eorumque potioritate ea decidenda; si in definiendo objecto socii non possint coalescere, sententiisque discrepent, aut nodus paullo difficilior incidat, definitioni aut explicationi Judicii montani substernitur.

---

\*) Praesumendo: talem possessorem in loco culturae residere, atque Culturae et Juris Metallici gnarum esse — alias non ei, verum proximo partium fod. numero praestanti, competit, necessariis his dotibus instructo.

§. 203.

*In Specie.*

Jura et obligationes Urburariorum mutuae, vel intersunt totius societatis, vel adficiunt singulos socios; primum relationem habet ad communem metallici operis possessionem, in qua relatione praecipua objecta sunt: a) communes obligationes Urburariatuum integrarum Mont. peripheriarum, b) singularia Jura et obligationes Urburariatuum, et ad se invicem, et erga alios; alterum vero respicit Jura et obligationes singulorum membrorum, intuitu a) ad suas societates b) liberae ex participatione de cultura montana promittentis dispositionis; secundi ordinis Jura et obligationes iam uberius a nobis expendi mereantur.

§. 204.

*Ut proprietas partium fodinalium originarie adquiratur.*

Proprietas in partem operis Metallici originarie acquiritur duplici modo: originarie, per accessum ad societatem Urburariam tempore cultivationis assumtae, in rata arbitraria, aut derivative: per legitimam in partem fodinalem, ex Capite Retardatus (ut infra exponetur) vacantem, successionem; praeterea Jus proprietatis: haereditate, donatione, emtione, permutatione etc. adquiri potest.

§. 205.

*Quid in earum acquisitione observandum.*

In quovis adeptae proprietatis modo, is, qui proprietarius unius, aut plurium Rurarium efficitur, id apud Antigraphum debita cum legitimatione indicare debet; et per insertionem nominis, numerique partium fodinalium, in Librum Antigraphum, seu Urburariatuum (*Gegen- oder Gewerfenbuch*), et obtentione Syngraphae adjudicatoriae (*Gewährschem*) proprietatem sibi addici curare; etenim Urburarius libro Antigrapho non contentus pro tali (nisi contrarium probando sit) non agnoscitur.

§. 206.

*Ut liber Urburarialis, seu Antigraphus conficiendus.*

Recta agendorum in Jure metallico negotiorum tractatio multum pendet a Libro Antigrapho, cujus Formam exhibet B. R. de 6. April. 1778; ex qua perspicitur: ut hic Liber ordinate, et ut quisque Urburarius portiones suas fodinales penes concernens Judicium rescire possit, conficiendus et instruendus sit; in eo videlicet praescribitur: quemlibet Ur-  
hu-

burarium in eo novam et distinctam Sectionem efficere, consequenter singulare, et seorsivum spatium, locum ac paginam, occupare, singulumque *U r b u r a r i u m*, unum post alium, secundum pluralitatem portionum fodinalium; proin Urburarium principalem sub Nro. 1, cum numero partium fodinalium suarum, ei proximum, Nro. 2, e. s. p. quemlibet cum continuativo numero in margine notato, sicque de praesenti existentem Urburariatum ex integro insertum, et numero provisum esse debere — quod si novus Urburarius accedat, hic quoque seorsivam Rubricam, numerumque consequitur; ostenditque caeterum adnexum formulare: quae ratione ad—et descriptiones in libro Urburariali exhiberi debeant. Id porro advertendum Iudicio montano etiam, et quidem statim in principio hujus libri, respective pro singulo Urburariatu obtingente sectione quasvis appertinentias concernentis fodinae describendas, una vigore B. Rescripti de 2. Junii 1777, alphabeticam seriem quarumvis in Urburariali paginato libro contentarum fodinarum ad calcem hujus libri adnectendam, quodque sub numerato dato ordinatum, observandum, in casu momentosae difficultatis ab I. Camerae Grafiatu instructionem petendam et expectandam esse.

§. 207.

*Ad quid generatim adquisitor  
obligetur.*

Ut primum quis unam, vel plures partes fo-

dinales in se recipit (praesumpto: quod acquisitionis montanisticae capax sit, ad quod observ. quae §. 89. dicta sunt) una per hoc se obligat ad parendum legibus montanis in ratione, qua cum iis intuitu partium suarum fodinalium correlationem habet, et quidem, partim respectu societatis, cujus membrum est, partim competentis sibi in ratas suas fodinales juris proprietatis, proin sub utraque correlatione, privilegiati Fori statu suo non obstante, in Foro Metallico Juri stare obligatur.

§. 203.

*Consectaria adeptae proprietatis.*

Ex dictis deducitur: I. Singulum Urburarium, ex natura societatis, universae societati obligari, in ratione finis, seu cultivationis a societate susceptae operis metallici. II. Eum partium suarum dominio utili, et ex eo promanantibus juribus, et beneficiis, prout et obligationibus gaudere; proin: a) usufructu partium suarum fodinalium. b) Facultate de iis libere disponendi, in eo consistentem: quod tam usum fructum, quam ipsum jus proprietatis, legali modo, per testamentum, donationem, permutationem, venditionem aliisque contractibus transscribere possit. c) Eum in praehabito Jure proprietatis adversus quemlibet injustum adgressorem tuendum esse. \*)

\*) Ex his consecrariis in singulares partes fodinales, omnes in Jure privato metallico occurrribiles casus, in relatione ad singulos Urburarios explicari, et in Processu Judiciario applicari possunt.

§. 209.

*Quid additamentum, quando praestandum.*

Prima sequela proprietatis singulis Com-  
membris Urburariatus obligationem injungit:  
promovendi commune societatis bonum, proin,  
deposcente necessitate in ratione suae ratae ad  
culturam, et conservationem operis Metallici sub-  
sidium pecuniarium praestandi; cum, qui obli-  
gationem ad finem habet, eo ipso et ad media,  
sine quibus is obtineri nequit, habeat. — id ge-  
nus subsidium pecuniarium *a d d i t a m e n t u m*  
(Zubusse) adpellatur, quod trimestri singulo ab  
Urburariis, pro rata partium suarum fodinalium,  
praestandum, si opus Metallicum aut nullum ad-  
huc, aut non sufficientem ad ferendos necessa-  
rios sumtus proventum mineralem habet. Parti  
fodinali obtingens additamentum rata *a d d i t a m e n t a l i s*  
*nuncupatur.*

§. 210.

*Quomodo, et a quo determinetur.*

Additamentum isthoc per Curatorem Mon-  
tium (Berg = Schaffer) generali praevia sumtuum  
ad Culturam necessariorum Computatione, Of-  
ficio montano proponitur, et ab eo regulatur,  
publicaeque notitiae datur. Determinatio vero  
ejus non a numero Co-Urburariorum, sed

partium fodinalium,\*) detractis liberis, instituitur:

§. 211.

*Ut pendendum.*

Additamentum singulo trimestri erga impressas a Curatore Mont. et Scriba M. subscriptas, et Officii Signo notatas, Syngraphas additamentales (Zubuß-Zettel) pendendum est, quod si cum 6<sup>ta</sup> trimestris hebdomade solutum non sit, id a Curatore Mont. in Scheda, ita dicta, Retardatus memorata hebdomade Officio montano praesentanda, adnotatur, quo facto partes fodinales in Retardatum positae dicuntur.

§. 212:

*Quid Retardatus, ejus effectus.*

Si in 6<sup>ta</sup> hebdomade sequ. trimestris admensum additamentum solutum necdum fuerit, in regula Urburarius parte sua fodinali frustratus est, et ex Libro Antigrapho deletur, quo facto pars fodinalis Retardatum subdivisse dicitur, talisque in Retardatum lapsa Kuxa moroso Urburario relinqui amplius nequit; verum omnes Retardatum ingressae partes fodinales Co-Urburariis, additamenta sua rite pendentibus, cedunt Jure Retardatus, seu ac-

---

\*) Parti fodinali v. c. Metallifodinae ordinariae, 8 libras Kuxas censentis, ex additamento 240 fl. 2 fl. obtingunt titulo ratae additamentalis.

creſcendi; conſequenter Co-Urburarii, ſi tales Kuxae valorem habent, atque erga reſtantis additamenti ſummam, vel fortassis majore etiam pretio, vendi poſſint, et ipſo etiam in caſu, quo citra venditionem praeſtabitae Retardatus Kuxae, pro neceſſaria completionem intra Co-Urburarios rursus ſubdividendae forent, in iis acquirendis Jure praelationis gaudent, et Jure Ingeſſionis et praemptionis uti poſſunt, quapropter in his caſibus; ſpecialim, ſi in Metallifodina novae minerae erutae, per Patentales iis offerri debent. XI. 1. et 2. D. C. B. R. de 18. Junii 1753.

§. 213.

*Quis lite pendente.*

Si Urburarius ratione partium fodinalium Jure conventus additamentum ſolvere intermitat, actor ipſe id dependere obligatur, niſi eas Retardatui obnoxias reddere, itaque jus inactionatum amittere velit; imminente nihilominus Retardatu per Officium montanum, erga relationem Curatoris Mont. certiorari debet, quo facto, ſi perſolutione additamenti Retardatum impedit, erga ejus petitionem partes fodinales liti obnoxiae, ad ejus nomen tranſcribendae ſunt.

§. 214.

*Quid Recessus.*

Summa reſtantium additamentorum Recessus, et debitum ex eo promanans Recessu-

ale, liber, cui universa haec Urburariorum in Metallifodinam practensio specificè inserenda, Recessualis nuncupatur.

§. 215.

*Ut fiat impensae compensatio, ad eam requisita.*

Si proin Metallifodinae adjuncta jam admittant, ut non modo additamentis Urburariorum opus non habeat amplius, verum defalcatis impensis notabilem remanentiam largiatur, in hoc statu additamentum (ut praec. §pho dictum) Urburariis in ratis trimestribus successive restituitur, quae compensatio impensae re compensatae (wieder erstatteter Verlag) nomine insignitur. In hoc nihilominus casu, praeter Debita recessualia nulla alia fodinalia adesse oportet; principio ex eo: quod nemo censeatur ante creditor, quam cesset debitor, jam vero, cum intuitu debitorum non recessualium, utpote, queis Urburariatus, quem Urburarii simul constituunt, singuli socii veri nominis debitores sint, evidens est: eos usque ea deputata non fuerint, impensam recompensatam exigere et percipere haud posse; praeterea aliquanta pecuniaria penus pro improvisis et fortuito incidentibus casibus praesto manere debet, quapropter Officio montano sine necessariae dijudicationis per Curatorem Mont. generalis, ita dictus, rationum Index (Ueberschlags-Bogen) intuitu oeconomicorum metallici operis adjunctorum proponitur, ab eo Supremo Collegio et

si necessum videtur) per hoc Excelso loco una cum officiosa opinione substernendus.

§. 216.

*Proventus Montanisticus.*

Amortisato per recompensatam impensam Recessu, si redundantia remanet, et hanc Urburarii obtinent, quae eorum proventus montanisticus (*Ausbeute*) adpellatur, et praecipua, maximeque essentialis utilitas est, quam Urburarii ex Cultura montana percipiunt. Est hic meta, ad quam cuncti Urburariorum conatus et studia, velut totidem radii ad centrum, tetendere — est unum, improbe susceptorum, et exantlatorum fatigiorum, sumtuum, periculorum praemium — Olim, dum Urburarii ipsi metalla liquefacere, re monetaria nondum rite coordinata, proventus montanisticus, detractis expensis, et Urburarialibus praestationibus, constitit in residuitate productorum mineralium, quae alienare poterant; verum erecta Ustrinali administratione, proventus mont. est: residui in parato aere, defalcatis expensis, et Urbura, necessariaeque pro conservatione operis supernantantia, quae inter Urburarios pro rata partium fodinalium, quas possident, dividitur, quamque hodie in pecunia conventionali recipiunt. (§. 180.)  
Conf. Cap. XI. p. t.

§. 217.

*Modus eum percipiendi.*

Singulo trimestri proventus mineralis Ur-

burariis exsolvitur ordinarie per Mont. Curatorem, qui eum in finem ab Antigraphario Elenchum nominum Urburariorum, quibus singulis respectivus partium fodinalium numerus, et ei respondens summa percipiendae pecuniae annexa est, per Urburarios propria manu Eubricae concernenti subscribendum, obtinet; Urburarii proventum vel in persona, vel erga scriptam plenipotentiam levare debent, et si diribitor alteri absque plenipotentia exsolvit, Urburario indebite solutum compensare obligatur. Tutores proventum pupillorum levaturi, Tutorium vel Curatorium producendum habent. Si haeres proventum habent, quorum nomini partes fodinales post resignationem memorati proventualis Elenchi libro Antigrapho inscriptae sunt, eatenus per Attestatum Antigrapharii se legitimare debent.

§. 218.

*Quid si non expetatur.*

Si Urburarius proventum inexpetitur relinquit, eum Ditor occasione depositionis rationum perspicue specificare, et pecuniam Iudicio montano cum Indice erga Reversales consignare debet, ut sicubi Urburarii, aut eorum heredes se insinuaverint, resignari possit; quod si erga Edictales Urburarii, aut eorum heredes se non insinuaverint, Fisco cedit.

§. 219.

*Libera de partibus fodin. dispositio.*

Juxta §. 208. quivis Urburarius de parti-

bus suis fodinalibus libere disponendi Jure gaudet, jusque proprietatis suum, vel per successionem, vel per Contractum in alium transferre potest. Jus hoc in Jure Metallico tam firmum est, ut nec inhibitione consanguineorum titulo Cogn. aut Condivisionalitatibus, nec Co-Urburariorum, titulo Juris Ingestionis (XI. 2. D. C. nixi, et §pho 212. explicati) labefactari valeat, id enim non nisi pro casu: quo partes fodinales in Retardatum lapsae, iis competere, extra vero cum eos pro extraneis habendos, jus proin proprietatis Urburariarum salvum esse, et ex citati Articuli sensu, et B. R. Jan. 1780. clarum est. (recole P. 1. C. IV. §. 129.)

§. 220.

*Intuitu successionis.*

Intuitu successionum in partes fodinales obtinent omnes earum Jure communi usitatae species; ut sunt: Testamentum, Codicillus, Fidei Commissum, modo dispositio Jure Civili valida sit; prout et successio ab intestato.

§. 221.

*Quaenam disponantur.*

In primo successionis genere, normam, secundum quam dirigenda, semper constituit clara disponentis voluntas; intuitu vero postremae, haec secundum Jus commune respectu partium fodin. obtinent Jure Metallico:

a) Cum virtute 11. 687. maritus tantum in bonis mobilibus haeres uxoris sit, partes vero fodinales pro bonis immobilibus habeantur, eas haereditate adquirere nequit, verum proventus minerales enatos, etiam si nondum levatos acquirit, utpote, qui pro mobilibus censentur. b) Si uxor partes fodinales marito attulit, post ejus fata quovis ex iis proventus minerales percipit; Allaturam suam revindicans, si ii separati amplius non exstant, summam aequivalentem, detractis additamentalibus erogationibus, praetendere potest.

§. 222.

*Haeredum obligatio.*

Haeredes tam naturales, quam testamentarii haereditatem, in qua partes fodinales habentur, ad euntes, intra competentem terminum (ordinarie domestici intra 6 menses, extranei intra annum) haereditas partes fodinales Judicialiter sibi addici curare obligantur; quo facto omnia Jura et obligationes reales haereditatem relinquentis consequuntur, proin et debita montanistica in relatione haereditatarum Metallifodinarum, vel respectivam ratam additamentalem solvere obligantur.

§. 223.

*Intuitu Divisionis.*

Usque haeredes in communiōne bonorum manent, partes fodinales haereditate

adquisitae nova non egent Officiosa additione, imo. Cohæredi in Communione existenti cautum quid addicere; verum secuta divisione, et in casu, quo partes fodinales expresse Communioni non reservatae, et pro statu notitiae fortassis in Libro etiam Antigrapho praenotatae forent, intra 3 menses quivis haeres obtingentem ad suam portionem haereditatarum partium fodinalium numerum sibi speciatim addici curare obligatur.

§. 224.

*Jus Contractus ineundi.*

Vi liberae dispositionis, singulo Urburario de partibus suis fodinalibus competentis, habet quoque jus intuitu earum Contractus ineundi, (§. 208.) proin tam Usumfructum earum aliis concedendi, quam eas in toto, vel parte alienandi, vel impignorandi.

§. 225.

*Requisita Contractuum.*

Ad valorem tamen Contractuum talium requiritur, ut praeterquam quod omnia Jure communi necessaria requisita contineant, coram Judicio Montano, Jure et lege Metallica praescripta ratione celebrentur; quippe omnis actus, et negotium circa objectum Culturae montanae, absque interventione Judicii montani ipso Jure nullum et invalidum est. B. R. de 1753. §. 1. XXVI. O. M. co-

ram quo Libro Contractuum (Vertrags-  
Buch) inserendi. B. R. de 15. Junii 1777. s. n. 6.

§. 226.

*Donatio.*

Secundum haec principia Donatio intuitu partium fodinalium quoque obtinet, tam inter vivos, quam etiam mortis causa; si quis partes suas fodinales cuiquam pro casu mortis ita tamen donet: ut usufructum ad dies vitae sibi reservet, hanc vero conditionem Libro Antigrapho inseri non curet, postea Donatarius praemoriatur Donatori — partes fodinales haeredi Donatarii obtingunt, quin Donator, aut ejus haeredes ulteriorem praetensionem formare valeant. Si Judicialis addictio vita comite Donantis secuta non est, eam competente termino debita cum legitimatione quaerere, sub periculo amittendi Juris, Donatarius obligatur; cum enim Donatio sit Contractus, acque Libro Contractuum et Antigrapho circumstantialiter adnotanda est.

§. 227.

*Venditio.*

Non minus liberum est singulo Urburario, vi Juris proprietatis, partes fodinales vendere, modo id fiat ad exigentiam Juris Metallici. In genere, omnis partium fodinalium alienatio Cessio appellatur; in specie vero emptio et venditio hoc nomine venit; ut haec

valida sit requiritur: 1) Litterae, seu Instrumentum Cessionale, in quo contineri debet: a) nomen emtoris et venditoris, ejusque character; b) numerus partium fodinalium, quae venduntur; c) pretium, quo venduntur; d) datum; subscriptio utriusque, et signatio. 2) Contractus libro Contractuum inserendus. 3) Ad dictio Judicialis, qua libro Antigrafo inseritur, et vendenti, ab-ementi, ad-dicuntur emtae portiones fodinales; (Ab- und Zus währung) ad dictio haec non nisi praesentibus partibus Contrahentibus, aut eorum legitimis Mandatariis peragenda. 4) Litterae addictionales Judiciales, super facta Cessione extradari, et Scriba montanus concernentis Metallifodinae de facta per eam mutatione certiorari debet, ut occasione computus se illi adcommodare possit:

§. 228:

*Qualis esse debeat.*

Venditor in regula obligatur partes fodinales emtori libera s addici curare; quare additamentum ante venditionem decretum pro trimestri, in quod emtio venditio incidit, is praestare obligatur, nisi in litteris Cessionalibus aliter conventum fuerit; C o n d i t i o n e s enim legi civili et metallica e non adversae, prout reliquis Contractibus, ita et huic innecti possunt, et pacta dant legem paciscentibus. XXII, p. t. XIX. 2. D. C.

§. 229.

*Quinam fraudulentum venditores.*

Fraudulenti partium fodinalium venditores (Kux=Kranzler, rectius\*) Kux-Parthirer) dicuntur illi, qui eas dolo et fraude, fictis, et velut e nubibus petitis pollicitationibus, iniquo, extra omnem cum vero valore proportionem existente, manifeste exaggerato pretio vendunt. Talis venditio coram Judicio montano, utpote ex capite doli, rescindibilis est, praeterea venditores tamquam publici impostores puniendi. Cit. 5.

§. 230.

*An in venditione poenitere liceat.*

Ad damnum ex praecipiti emtione venditione partium fodin. antevertendum, Jure Metallico salubriter constitutum est: ut in ea poenitere liceat, seu, ea revocari, et quidem intra 14 dies, ab utraque, vel alterutra parte possit; sed retractatio debet fieri coram Judicio. Termino hoc elapso, venditio amplius (modo alio defectu non laboret) retractari nequit, et Consummata censetur.

§. 231.

*Actio venditoris.*

Si emtor intra stipulatum tempus pretium non solvat, coram Judicio mont. eum venditor, partibus fodinalibus nixus, ad id compellere

---

\*) Siquidem et procuratores, aestimatoresque partium sedem hoc nomine veniant.

potest; quod si is alterius sit Jurisdictionis, per *Compassuales* a competente Judice executio summae debitae impetratur. Si vero emptor partes fodinales tertio ante vendidisset, quam priori venditori pretium pactatum deposuisset; tūm elapso jam 14 dierum legali termino venditionem suam venditor retractare nequit quidem, potest tamen pretium apud secundum emptorem, si id nondum ei persolvisset, ad vires summae debitae, Judicialiter inhibere. Contractu denique ex quocunque capite non subsistente, emptori solutum intermedio tempore additamentum per venditorem resolvendum est. *Cit. 6.*

§. 232.

*Impignoratio.*

Expressae *Inhypothecationes* portionum fodinalium coram Judicio montano fieri, libro Contractuum inseri, et erga officiosam dispositionem, in Antigrapho praenotari debent. Ita impignoratae partes nulli alteri addici, aut alia quapiam ratione cedi queunt usque eadem ratione resolvantur. Subeunt vero ad instar aliarum *Retardatum* non persolutis debito tempore additamentis, obligaturque Hypothecarius, debitore ea solvere non volente, aut valente, ipse solvere, aut, si partes inhypothecatae jam in *Retardatum* delapsae, cum amissione Juris pignoris Debitori suo compensare. Debitore, contra, terminum praefixum relationi non servan-

te, pignoratarius, partibus fodinalibus nixus, Jure agere potest.

§. 233.

*Modi amittendi Jus proprietatis.*

Praeter Cessionem legitimam, proprietates partium fodinalium speciatim amitti potest per ultro necam earum, et formalem abdicatorem. Qui eas deserere vult, voluntatem hanc suam Judiciō montano declarare debet, quo facto eae a nomine ejus delentur, et, si nemo eas acceptare vult, ceu accessoriae, reliquae societati adcresecunt, perindeque Retardatum subeunt; proximam nihilominus Schedam impensarum (*Kostzeddel*) renunciāns solvere obligatur; ad renunciationem hanc requiritur Mandatum speciale Principalis a Plenipotentiariorum Judiciō montano pro actu renunciationis producendum. Urburarii partibus suis fodinalibus legitime decedentes, reservata Jura sua in productos usque effectivum suum excessum redditus in tantum praetendere possunt, in quantum expensis ad portionem renunciatarum partium obvenientibus, et mercedi operarum satisfactum est. B. R. de 27. April. 1800.

§. 234.

*Per Debita montanistica.*

Qui obvenientem partibus suis fodinalibus solvendam communem impensarum ratam non solvit, illum fossores, et operarii, obtinendae

mer-

mercedis causa, pro Jure postulandi jure pol-  
 lent. Judicium montanum in hoc casu terminum  
 solutionis 14 dierum defigit, quo elapso, par-  
 tes fodinales laboratoribus in solutum adju-  
 dicantur; si vero hi pecuniam malunt, partes-  
 que fodinales deprecantur, (quod communiter  
 Metallifodina in deperdito constituta obtinet) tunc  
 debitum vel per Judicium montanum, si hoc  
 Debitoris personalis Jurisdictio est, Casu vero  
 in contrario, per competentem ejus Judicem,  
 medio Litterarum requisitoriarum,  
 vulgo *Compassus*, via executionis desumi-  
 tur. Si debitor alias adhuc partes fodinales pos-  
 sidet, executioni hae quoque substernantur; qui-  
 bus primam exhaustis, et non sufficientibus,  
 ad mobilia, demum bona immobilia progressus  
 fit executioni mancipanda. XVI. O. M. p. t.

§. 255.

*Relationes Urburariorum ad ope-  
 rarios Metallicos.*

Operarius montanus, qui labore decedere  
 vult, secundum morem montanisticum gratias  
 agere, laborem edicere (*Abkochen*) et 14 die-  
 bus adhuc post factam declarationem laborem  
 continuare obligatur; facto dein computu ad-  
 quirat litteras absolutoriales, veniam-  
 que discedendi. Eodem modo metallico labora-  
 tori admitti debet 14 dierum labor, si ille ab  
 Urburariatu dimittitur. Gravissime autem veti-  
 tum est laboratores aliorum Urburariatuum sub  
 diversis phylacteriis seducere, suscipere Cassa-

tos, aut absque litteris absolutoriis eos conducere. Cit. XVI. O. M.

C A P U T II.

*De relationibus Urburariatus ad Dominium  
terrestre.*

§. 256.

*Obligatio Urburariatus erga  
Dominium.*

Urburariatus a qualibet Metallifodina, quæ in territorio Liberae R. et M. Civitatis non existit, sed fundo Dominiis terrestribus continetur, in favorem ejusdem duas Kuxas liberas cultivare obligatur; quo vero ex principio Juris isthaec obligatio promanet, recte quaesitum est — sunt, qui eam deberi eo ex fundamento existimant: quod Toparcha culturam montanam in suo territorio toleret; quod sustineri haud potest, siquidem Princeps ex Jure Regali minerali jure perfecto polleat (§. 47.) in universo territorio sui Status, ac proin quibusvis subditorum suorum bonis, culturam montanam exercendi, etiam cum eorum fortassis incommodo, et detrimento, jusque hoc privatis cedendi, quos in hoc casu aequè cultivandi in fundis facultate gaudere consequens sit, cum jura cessionarii, eadem sint quae cedentis — et alioquin Dominus terrestris jus suum possessionarium salvo Jure Fisci et teneat et obtinuerit, cui juri perfecto Principis, perfectam aequè ex parte Toparchae

culturam in suo territorio admittendi obligationem correlatam esse, ejusque titulo nihil de stricto Jure exigi posse evidens est; cum interim negari nequeat: aliquas per culturae montanae exercitium in suo territorio Dominum terrestrem perferre molestias et incommoda, sane aequitati quam maxime consonat, ut ei hoc titulo aliqua compensatio praestetur. Confer. Ludov. 13. Sigis. III. 13. Matthiae VI. 49.

§. 237.

*Quid Kuxa libera.*

Liberae Kuxae (Gren-Kuxe) sunt portiones fodinales, quae pro ratione qualitatis ab Urburariatu personae physicae vel morali, v. c. Ecclesiae, Scholae, Coctui Sodalium Mont. (Knappschafft) vel Domino fundi Jure proprietatis ita relinquuntur debent: ut hi ab obligatione concurrenti ad Cultivationem fodinae, praestandique additamentum immunes sint. Metallifodina communiter dividitur in 128 partes (§. 201.), est proin libera Kuxa  $\frac{1}{128}$ . Numerus liberarum id genus Kuxarum variat; ordinarie habetur: K. Ecclesiae seu sacra, Urbana, sodalitiis montani, haereditaria, lignea, etc. etc.

§. 238.

*Kuxa haereditaria, et ejus indoles.*

Praecipua compensationis dictae species sunt liberae Kuxae, quas proprietarii fundorum in Fodinis, fundis suis insitis, habent, et e qui-

bus, ut primum eae ad redundantiam per-  
tingunt, prout proprietarii reliqui partium fodi-  
narium, respectivos proventus percipiunt; id  
genus pars fodinalis Kuxa haereditaria,  
(Erb-Kuxe) vel agraria audit, Dominoque  
terrestri, usque Metallifodina in Deperdito con-  
stituitur, ab Urburariatu gratuito cultivatur \*),  
obligaturque Urburariatus mox peracta Investi-  
tura Domino terrestri eam móntanistice addi-  
ci curare; ita addicta libera Kuxa inhaeret  
bono, cujus territorio fodina inventoria cum  
accessoriis, eoque pertinentibus mensuris insi-  
ta, nec ab eo alienari potest; proin bono fassi-  
one perennali, aut temporanea alienato, ea  
quoque vendita vel oppignorata censetur; ac-  
cessorium quippe sequitur suum principale. —

§. 239.

*Quid Juris, cultura montana pluri-  
um Dominorum terr. fundis in-  
haerente.*

Quid vero Juris sit, si fundo Domini ter-  
restris integra massa cultivationis inferri neque-  
at, verum pars alterius fundo, (v. g. acervi mi-  
nerales efundi, Tussoria, aquilegium etc. erigi)  
illocari debeát, utrum Kuxa agraria singulis com-  
petat, aut vero inter respectivos Toparchas, et

---

\*) Liberum nihilominus eidem manet, ante vel sub Inves-  
titura eatenus se declarare: utrum in vicem haeredita-  
riae Kuxae 4 Kuxas ad proprias expensas suscipere má-  
lit, aut cum Urburariatu tractare. (praxis.)

qua in ratione dividenda sit, diversa hodie est Juris Consultorum Metallicorum sententia — quidam, sed falso, a nobis refutato supra §. 236. de obligationis titulo Kuxam haereditariam praestandi, principio nixi, singulis in hoc casu Kuxam agrariam deberi contendunt, ex quo principiatum quoque falsum esse consequitur; nos, ex demonstrato principio inter fundorum proprietarios, et quidem in ratione toleratorum incommodorum partiendam asserimus, cum: in qua proportione quis incommodum fert, in eadem et commodum ferat, justum sit.

§. 240.

*L i g n a r i a.*

Dominium sylvas possidens culturam montanam necessariis lignis adjuvare obligatur, sed non gratuito, verum pretio tolerabili, medio conventionis, cum Urburariatu incundae, definiendo; si vero Dominium terrestre, culturae montanae, cum suo, publicoque emolumento tantopere connexae, \*) promovendae studio actum, gratuito quantitatem lignorum suppeditandam ultro offerat, tum Urburariatus duas adhuc Kuxas, quae lignariae (Holz-Kuxe) adpellantur, proin in summa 4 gratuito cultivare obligatur.

---

\*) Multiplicia, quae in Statum redundant ex cultura montana commoda, prolixè persequi, hujus loci non est; — praestitit id Cel. Delius in §. 44. cit. Dissertat. Cap. I. eandem eleganter adumbrat Prologus O. M. isthic memorasse sufficit: per eam opum nationaliam massam augeri, vias sustentationum multiplicari — grandia communis felicitatis momenta! et qui huic promo-

§. 241.

*Dominii obligatio.*

Dominium terrestre in omni casu obligatur admittere, ut in suo fundo cultura Metallica, et quae necessarium cum ea nexum habent, exercentur; proin acervi minerales efundantur, aediculae puteales (Kauen) struantur, viae et semitae parentur, etc. etc. spatia quoque pro erigendis Machinis, Tussoriis, Ustriis, Aquaeductibus, Aquilegiis etc. assignare; pro aedificiis erigendis supra terram (Lag. Eecâte) Urburariatus expresso Dominii consensu haudquam opus habet, sed Iudicii montani, qui interposita Mutungatione per modum Collationis eidem confertur (§. 91 et 104.) per Iudicem montanum; obligatur interim Urburariatus, an equam collato spatio cultivando, struendisque id genus aedificiis manum admoveat, Dominio id cum praesentatione Iudiciariae Collationis pro statu notitiae significare, illudque adire, quod lingua Mont. dicitur *Salutare*.

§. 242.

*Qui fundi compensationi subsint.*

Spatia pro aquilegiis, aquaeductibus, lo-

---

vendae studet, nae is patriam vere amare, verus patriota dici haberique debet; — sed et Dominum terrestrem, modo animo praesudiciis vacuo perpendat, privati emolumentu, ex cultura montana in suo Dominio exercita, vis latere non poterit; quantus non, quaeso, per eam pecuniae circulantis effectus, quotuplex subtilis merendi occasio, producta dominalia distrahendi opportunitas? quae emolumentis realibus comparata incommoda quantula sunt! —

turis, molis contusoriis, fabricis, tuguriis montanisticis, item pro efusione scoriarum mineralium, pro aedificiis dialibus etc. nulli subsunt compensationi, si non sunt agri, prata vel pasua; nec censui, XXIII. in fine. Pro agris, pratis etc. fundis utilitatem praebentibus, proprietarius fundi, a quo Urburariatus fundum accipit, indemnis reddi debet, svadente naturali justitia, et quidem vel per amicam conventionem, vel per Judiciariam aestimationem suscipiendam per Judicium et Dominium terrestre, erga expensas partium aestimationem petentium. Cit. XXIII. B. R. de 17. Maii. 1806. Si resignati fundi contributioni subsint: Urburariatus fundum recipiens, vel annuam ei incumbentem contributionem pendere, vel respondens ei oneri capitale Cassae Civitatis, vel Comitatus inferre, sicque in perpetuum fundum a contributione redimere obligatur.

§. 243.

*Intuitu regalium minorum.*

Urburariatus in cultura montium et fodinarum, non habet jus educillandi vinum, sed cerevisiam et crematum pro necessitatibus cultorum metallicorum, et sub inspectione Judicii montani, XXIX. 1. O. M. porro: omnia materialia culturae montanae deservientia, item victualia, quae in usum cultorum metallicorum advehuntur, prout et mineralia, quae venduntur, excepto vino et mercibus mercatorum, a praestatione teloniali eximuntur. Cit. §. 3. item: 518. 11. 553. 29.

## C A P U T III.

*De Juribus Cuniculi Haereditarii,*

## §. 244.

*Prooemium Capitis.*

In Juribus, quibus Urburariatus mutuo tenentur, singularem considerationem merentur, quae eos, et Cunicularium haereditarium intercedunt — quorum ante explicationem juvat quaedam de natura, forma, praerogativis Cuniculi hujus in Jure nostro celebratissimi praemittere.

## §. 245.

*Qualem Juris materiam constituat.*

(Ad quam verò Juris materiam pertractatio haereditarii Cuniculi referatur, quaeri solet — quaedam ejus capita Juri potius publico propria fore, isthuc connexionis dumtaxat gratia translata, in aperto est — quo ad privatas correlationes: quidam Juris Metallici Doctores: Bla use, Lobethan etc. Obligationes erga Cunicularium II. Servitutes adpellant sed minus recte: nulla quippe ratione, requisito hujus, ex Jure Romano desumptae, doctrinae isthic reperire est — Correlationes reciprocas penitus examinanti illucebit: materiam hanc sub hoc respectu ad argumentum Contractuum innominatorum: do, ut facias, facio, ut des, opportune revocari posse; Juribus Cunicularibus activae et passivae correlatae sunt obligationes Urburariariorum, in quorum campos Cuniculus II.

infertur, vel illatus est. — In doctrina cuniculari considerantur dumtaxat reciproca jura et obligationes, quin anxia Justiniani ad eam applicatione opus sit — quippe in fruitione jurium suorum tam Cunicularius obligatus est Urburariatibus, quam hi illi obstricti. —

§. 246.

*Quid Cuniculus haeredit. ejus forma.*

Omniū Cuniculorum princeps est haereditarius (Erb = Stollen) utpote, cui ob eximias, quas praestat, utilitates, eximiae quoque praerogativae, et Jura a lege tribuntur. Describitur, ubertimque explicatur is III. O. M. item IV. D. C. et II. D. S. — Forma ejus ordinaria est haec: altus esse debet  $5/4^{\circ}$ , latus  $1/2^{\circ}$ , et in  $100^{\circ}$  ad summum orgya exurgere; mutungatur apud S. Cameraegrafiatum cum co-intelligentia tamen praevia concernentis Judicii montani, penes quod libro Mutungali inseritur Cit. III. 1. O. M. — B. R. de 26. April. 1792. quaedam formalitates in Mutung. C. II. observae continentur.

§. 247.

*Ejus Utilitas.*

Cuniculi haereditarii utilitas eximia est; quippe, cum finis eum struendi sit, ut per eum aquae, quae Metallifodinae coopertae, deriventur, et malae tempestates ex iis, allata recente aura, eferantur, fit: ut opus ejus integrum saepe promontorium, quod ob haec impedimenta multis annis desolabili in sta-

tu consistebat, ad statum Cultivabilitatis perdu-  
catur; praeterea per eum erectioni et conserva-  
tioni machinarum, saepe admodum sumtuosa-  
rum, hydraulicarum parcitur: praecipuum vero  
emolumentum id praestat: quod ope ejus mine-  
rae ex magna profunditate educi possint, quas  
machinis educere, vel nimis grave, vel sumiuo-  
sum, interdum, ob aquarum fodinatum ex pro-  
fundis puteis ad diem educendarum redundan-  
tiam, viribus quorumvis vectium praeva-  
lentem, prorsus impossibile foret; ob quam multiplicem  
utilitatem is *Clavis promontorii* recte ad-  
pellatur. In eorum erectionem sumtus notabiles  
deposci verum est, sed ideo caute erigendi  
sunt, denique fructus sumtibus praestantior. \*)

§. 248.

*Ejus praerogativae, et Jura.*

Ob adeo insignem, quam Cuniculus haere-  
ditarius in cultura minerali generatim, in spe-  
cie Urburariis, per quorum campos ducitur,  
praebet, utilitatem, gaudet is singularibus qui-

---

\*) Utilitatem C. H. explicat Cl. Delius Sect. II. §. 225.  
et sequ. „Cuniculus H. Francisci Schemnicii indu-  
bie nobilissimus totius orbis est, cum ejus extensio tam  
per saxum, quam secundum venam anno 1773, jam 6000<sup>2</sup>  
effecerit; et altissime situm puteum Theresiae profundi-  
tate 224<sup>2</sup> superaverit, ejus Cultivatio per solum saxum  
transversum, usque quo Piberstoln. praecipuam venam  
attingit, constitit 350,000 flor.“ ibidem. Cuniculus haecredit.  
Josephinus hodie est celeberrimus, ex Voznicz usque  
Schemnicium ad duo et amplius milliaria longus, aquas  
suas in Granum fl. exonerans, Francisci Cuniculo 70<sup>2</sup>  
profundior. —

busdam praerogativis, et Juribus speciosis a lege concessis; Jura haec sunt compensatio utilitatis, et sumtuum, quam Cunicularius ab Urburariatibus percipiendam habet, quae Jura Cunicularia generatim, sique ex parte Cunicularii ad certam ab eo, medio Cuniculi procuratam haereditariam, ita dictam, profunditatem\*) relationem habent, in specie Jura haereditaria adpellantur. Interpretationes est: a) quod speciale ferum mutungale habeat (§. 99.) III. 1. O. M. exceptio est Cremnicii et Regiomonti; D. C. IV. 1. b) quod sonticis ex causis feriari possit, et feriatio ejus durat anno et die, cum onere intra hoc tempus una orgya excurrendi, et structuram effluxumque aquarum conservandi, (reliqua opera ordinarie dumtaxat  $\frac{1}{4}$  anni) X. 1. O. M. — Jura vero Cunicularii haereditarii sunt sequentia: a) nullis tenetur mensuris; b) si in cursu suo ignotas venas detegat, eas mutungat intra 6 hebdomades (§. 97. sub c). c) In alieno campo competit ei: Ictus, Quotta, et Quarta Cunicularis.

§. 249.

*Ictus, Quotta, et Quarta Cunicularis.*

Ictus Cunicularis (Stollenhieb) est jus Cunicularii, vigore cujus is in Campo Ur-

---

\*) Profunditas haereditaria (Erb-Teuffe) est, dum Cuniculus profunditate ad minimum 10 met. Metallifodinae illatus est. III. 5. O. M.

burariali, cui Cuniculum suum intulit,  $5/4^{\circ}$  in altitudine a canale Cuniculari computando, \*) et  $1/2^{\circ}$  in laſus mineras eruere, tollere, et retinere poſteſt, cit. III. 4. hae minerae obtentae proprietates Cunicularii haereditarii cenſentur; ad obtinendum nihilominus hoc juſ, requiritur: 1) immiſſio in haereditariam profunditatem; 2) ne Cuniculus cum r u p t i o n e \*\*) cultivetur; exceptio eſt: ſi fodina aquae, auraeque gratia Cuniculi indiga ſit, erga cognitionem Officii montani. Quotta Cunicularis, eſt ſeptima, vel quartadecima pars, omnium, in Metallifodina erutarum, minerarum, pro ratione, qua Cunicularius eidem, vel utrumque beneficium praestat, videlicet: et aquas derivat, et tempeſtates adfert, vel dumtaxat alterutrum. Quarta denique Cunicularis, ſeu quartuſ numuſ, eſt ſubſidium, quo Urburariatuſ adjuvare debet Cunicularium haereditarium in ferendis cultivationis Cunicularis ſumtibus, et conſiſtit in  $1/4$  expenſarum, quas Cuniculariuſ habuit a tempore ingreſſuſ campi uſque egreſſuſ compensanda. Cit. 5.

§. 250.

*Quotta Cunicularis ab omnibus mineris pendenda.*

Verum: a quibuſnam mineris Quotta Cu-

---

\*) Per hoc Juſ Juridictio Campi in perpetuam profunditatem intercipitur (§. 143. ſub \*). B. R. de '22. Jan. 1806. continet declarationem in quaestionem vocati ictuſ Cunicularis.

\*\*) Ruptio (Gefpreng) in Cuniculo dicitur: dum praeter Cuniculum contraria regio colitur, et ea cum baſi una aut pluribus orgyis Cuniculi baſi altiuſ incidit.

nicularis pendere debeat, an obligatio haec ad solas ustrinales, an ad omnes referatur, quaesitum est; erant, qui ex natura privilegii, quale est Jus Cunicularii, argumentantes, cupientesque Urburariatus onere, quo alioquin multiplici Cuniculario obstringuntur, (§. 249.) levare, ductique Juris axioma: favores ampliandos, odia restringenda, mineras Contusorias ab hac obligatione eximere conabantur, sed, quam id perperam! praeter enim quam, quod lex; III. 5. XXII. 3. O. M. item IV. 4. D. C. et II. 1. D. S. expresse: a quibusvis minerais eam praestandam esse, innuat, eaque non distinguente, nec nobis distinguere liceat, accedit et haec consideratio: quod, proficiente Cultura artis liquefactoriae, minerae, et venae (Erze und Gänge) notiones sint admodum mutabiles, fieri quippe potest: ut minerae etiam viliores cum utilitate aliquando liquefieri possint, quo facto, praetensio intuitu Cunicularii haereditarii una vice justa, alia, injusta foret, quod asserere, quam sit absurdum, intelligitur.

§. 251.

*Contrariis argumentis nil opitulantibus.*

Nec valent quidquam allata in contrarium argumenta — praeter enim quod in hac quaestione correlationes mutuae, non privilegium, in considerationem veniant, multiplex onus Urburarii, cui aequè multiplex emolumentum respondet, luculenta lege nixum cunicularii jus evertere

aut infirmare haud potest — quid, quod adductum procardicon in hoc casu probet tam jus Cunicularii, exigendi, quam Urburariorum a quottae praestandae obligatione immunitatem?

§. 252.

*Obligatio Cunicularii haereditarii secundaria.*

Cunicularius haereditarius obligatur aliis Urburariatibus promotionem minerarum per Cuniculum, aut puteos suos, nisi ipse pro sua promotione opus habeat, admittere, verum non gratuito, sed erga moderatum vectigal, Censum Cunicularem adpellatum. Cit. III. 11.

§. 253.

*Binae quaestiones resolvuntur.*

Si Cunicularius haereditarius ex quocunque motivo locum Campestem suum ultra prosequi nollet, aut aquis redundanti Metallifodinae, cultivando alarem locum, subvenire cunctaretur; tum unum alterumque novo Cuniculari haereditario Urburariatui, erga faciendum recursum, a Judicio montano, sub iisdem Juribus et obligationibus concedi potest; in hoc casu limes veteris et novae Cultivationis per Judiciale marcale signum notatur, obligatusque manet vetus Urburariatus, sub poena amissionis Juris sui Cunicularis, substructionem fodinalem et canalem pro effluxu aquarum in sua peripheria integrum conservare. Cit. III. 10.

§. 254.

*Modi Jura Cunicularia amittendi.*

Jura Cunicularius rursus amittere potest, et quidem: *a)* Si necessaria ad obtinendam Cunicularem Jurisdictionem requisita amplius non adferat; in specie: 1) si absque venia Judicii montani Campos suos Cuniculares in una, aut pluribus Metallifodinis ruptione cultivet. (§. 249.) 2) Si Cuniculum usque extremitatem promotionis minerarum, et effluxus aquarum capacem non conservet, si ostium Cuniculi obstructum, si canalus vitiosus sit etc. 3) in regula: si haereditariam profunditatem nequeat procurare amplius. *b)* Exhaeredatione.

§. 255.

*Exhaeredatio C. H. ejus effectus.*

Exhaeredari Cuniculus haereditarius dicitur, dum Jura illius in alium derivantur; quod fit, si Cuniculus alius 7 vel 8<sup>o</sup> profundius incidat, perque id Jus Cuniculare adimat. In utroque Jurium Cunicularium amissionis casu Cuniculus pro desolato habetur, et novae mutungationi et collationi obnoxius efficitur; prout exhaeredatus ex tempore exhaeredationis 7<sup>am</sup> Cunicularem non percipit, praeter jam erutam, et in penu tam fodinali quam supra diem existentem, non computato eo, quod

cistis infusum, aut in Lotóriis, Tussoriis, vel Ustrinis continetur, a parit. §. 194. \*)

## C A P U T IV.

### *De Jurisdictione Montanistica.*

#### §. 256.

#### *Quid Jurisdictio Montanistica.*

Jurisdictio generatim est potestas, lites cognoscendi, decidendi, et latam sententiam exequendi, delicta inquirendi, ea puniendi, insuper certi generis actus Magistratuali auctoritate confirmandi, quibusdam eam interponendi; quae si ad objecta, et personas, Juri Metallico obnoxias, referatur, Jurisdictio Montanistica adpellatur.

#### §. 257.

#### *Cui competat.*

Potestas haec proprie est jus Majestaticum, proin origine sua ad Imperantem, et in Hungaria ad Regem tam generatim, 12. 79 0/1. ceu Jus reservatum, quam in specie Jurisdictio Montanistica pertinet (§. 47. et 49.) a quo ejus exercitium delectis ab eo personis (physicis  
vel

---

\*) De puteis haereditariis nec C. M. nec D. C. mentionem facit; verum agit II. 19. D. S. secundum quem sententiam ferendam esse discrete innuit B. R. de 21. Aprilis 1801 s. f.

vel moralibus) jure adstrictis, creditur, ea tamen cum distinctione: quod aliquae earum superiores in objectis quibusdam Jurisdictionem ingredientibus moderationem habeant, aliae intuitu ejus exercendae illis subordinentur.

§. 258.

*Quoeruplex.*

Jurisdictione Montana, vel *Judiciaria* (*Berg = Gerichtliche*), vel *Cameralis*, (*Berg = Kameral = Gerichtsbarkeit*) est; illam exercent *Judicia Montana*, in personas suo foro delegatas obnoxias, hanc vero *Suprema Collegia Montana*, in eos, qui illi speciatim non subsunt; quamquam communiter fiat: ut haec exercitium *Judicatus* in suae immediate Jurisdictioni obnoxios, *Judiciis montanis* in via *delegationis* committant.

§. 159.

*Judicia Districtualia Mont. et Substituta, eorum Forma.*

Hungaria Montana, prout in 4 *Districtus Montanos* tributa (P. I. C. II. §. 53.) ita totidem censet *Judicia Districtualia* \*) queis pro ratione extensionis, jam plura, jam pauciora

---

\*) Collegia haec non modo *Judiciaria*, sed, pro objectorum ab iis tractandorum diversitate, et indole, *Oeconomica*, *Politica*, et *Feudalia* quoque sunt

Judicia substituta, seu Substitutiones Judiciariae subordinantur. \*) Eorum, ut talium, formam, describit B. Regulamentum Judiciorum Mont. 1789. et quidem: a) Schemnicii separatum Judicium Districtuale sub praesidio Judicis Mont. una et Montium et Sylv. Magistri, cum 4 Assessoribus, et necessario Personali Cancellariali, quod in Judicialibus ab Exc. Curia Regia, attamen in Cameralibus objectis a supremo Cameraegratiatus Officio, hodie et Excelsa Camera Hung. aulica, vigore 22. 791. in montanisticis vero et Feudalibus ab Exc. Camera C. R. Aulica in Monet. et Mont. dependet. b) In aliis Districtibus Montanis Judicatus, et eo connexa munia incumbunt Supremis Officiis Mont. quorum Praesides simul Judices montani, et Judicii Mont. Distr. Praesides, et Assessores penes denominandum Referentem in Judicialibus, Judiciales considerandi — illa tamen in singularibus Sessionibus cum separatione Exhibitorum, et actorum Registraturae in I. Instantia ab Exc. Curia Regia dependent; in reliquis, prout paullo ante de Schemnic. dictum, ab Exc. Camera Hung. vel C. R. aulica, secundum quam cynosuram submissio Protocollorum Sessionum hebdomadalium, illi

---

\*) Judicio M. D. J. H. Schemn. parent Substitutiones sequi. Cremnic. Neosol. Uj- et Bakabány. Boczens. (nunc in Maluzsina,) Varasdin. Bazin. Szomolnokensi: Rošnav. Göllnicz. et Iglov. N. Bánnyensi obsequuntur: F. Bánny. Kapnik. Mármaros. Unghvár. denique Banatico: Dognátok. Szászok. Moldov. Rézbány. Millov. Ruszkitz.

Judicialia, isti Cameralia, huic Feudalia, et Montanistica objecta et rationes adcommodandae, et respectivae decisiones et resolutiones expectandae — Impeditum Supremi Officii aut Judicii Praesidem supplet, et praesidium gerit proximus Assessor, hunc, Secretarius, aut vicinis Judicii Substitutus — Fisci Districtuales et Procuratoris pauperum Officio funguntur, quorum Causae si adversus Fiscum, aliis Advocatis ex Officio Judicialiter substitutis committuntur.

§. 260.

*Discrimen inter Judicem Districtuale et Substitutum.*

Districtualia Judicia (alias et Officia feudalia inferiora) a Substitutis in eo differunt: quod illa in negotiis Feudalibus et Judicialibus (exceptis Cassatoriis et Criminalibus) procedant definiendo, haec contra, dumtaxat instruendo, proin in quibusvis objectis tam Feudalibus, quam Judicialibus montanisticis sententiam, et resolutionem concernentis Judicii Districtualis opperiri debeant.

§. 261.

*Jurisdictio montana est privilegiata.*

Jurisdictio montana eo sensu privilegiata dici potest: quod universa objecta et negotia montanistica ei subsint,

neque ullo sub praetextu ad alia fora pertrahi valeant, sub metu gravis reprehensionis et nullitatis, invalidationis, et amortisationis. B. R. de 27. Maji, et 14. Oct. 1793. item 12. Mart. 1795. \*)

§. 262.

*Objectum Jurisdictionis Montanae.*

Superiora Officia, et Judicia Mont. in qualitate Provincialium et Districtualium Collegiorum cum adjunctis Substitutionibus, in linea Judiciali causas controversas inter partes litigantes sui ambitus decidunt, et nobile Judicis officium ingredientia pertractant; ad haec referuntur: omnia, quae Culturam montanam, et ad eam pertinentia, concernunt, attamen dumtaxat tunc, dum inter partes lis enascitur, quae Decisioni Judiciali apta est; attamen: usque similia objecta inter partes litigiosa non fiunt, ad agenda Supremi et Montani Officii dumtaxat re-

---

\*) Ex quo B. R. elucet: nec in dijudicatione Causarum Mont. haec accessoriorum Ingressionem Judicatus heterogenei sustineri, siquidem: „nec titulo eo: quod J. Collationi dominali jus circa objectum litigiosum fundet, a Jurisdictione Mont. eximi, et ad aliud forum traduci causa possit; cum tam supremum Jus Majestaticum, respectu foedinarum, quam et Juris ejus exercitium, unice ad Majestatem Regiam pertineat — — et ex praemissi Juris Majestatici indole, innegabile, imo et indisputabile sit: quasvis cum Jure nexum habentes actiones et causas, nonnisi per Majestatem, et ejus Repraesentantem judicari et decidi posse.“ Verba cit. B. R. Causat. in Causa J. H. c. S. R.

feruntur, et ceu Officiosa tractanda sunt, proin eorum intuitu Districtualia, Supremis M. Officiis, haec vero Excelsae Aulicae Camerae subordinata manent. Reg. Jud. Mont. 1739.

§. 263.

*In specie.*

Judicia proin Districtualia, cum adrepartitis sibi Substitutionibus in linea Judiciali tunc procedunt: dum super: feudis Mont. camporum mensuris, cessione operum aut partium fodinalium, de venis, fibris, ductibus, puteis metallicis, venarum viis, Ustrinis, Tussoriis, machinis, productis, supellectili minerali, 7. 6. 9. aut alio Cuniculari Jure, usuque Juris, vectigali a machinis, Communitatum Mont. facultatibus, debitis, mercede, Urbura, redditibus fodinalibus, communibus expensis et solutionibus, quidquid infra et supra terram in acervis lotorialibus, scorialibus, machinis, cistis, trochleis, domibus custodialibus, tuguriis, malleaturis, molendinis, fabricis, aliisque aedificiis, spatiis, aquaeductibus, aquilegiis, viis etc. etc. culturam et rem mont. respicientibus objectis quaestio instituitur. Cit. Reg. Jud. Mont.

§. 264.

*Ejus Subjectum.*

a) Quilibet Urburarius cujuscunque conditionis, status, loci, subest Jurisdictioni Mont. in negotiis, objectis, et causis Mont. (ut: debi-

ti mont.) ex cultura montana promanantibus, aut coram Judicio montano intabulatis, aut hypotheca montanistica adfectis, in omnibus litibus Urburarialibus; exceptis, in causis mere personalibus, Nöbilibus per 18. 751. foro suo ordinario relictis. *b)* Jurisdictio montana se extendit ad lites Cameralium et privatorum cultorum Officialium \*) et famulorum manipulantium XXXIV. 6. O. M. (quorum salaria rationibus Judiciariis continentur, deren Gehalte in Kopayen eingetragen; immediate J. M. Judiciariae subsunt) laborantium, sociorum mont. ad mentem BB. RR. 1747. 1764. 1766. 1781. ita et eorum uxores, proles, et haeredes respectu montanisticae, et Civilis suae substantiae, haereditatum pupillarium, vel debitorum concursualium, obsigillationis, inventationis, aestimationum, obligationum, communium vel specialium praetensionum, verbalium et realium injuriarum et aliarum personalium causarum, (exceptis quoad mere personalia per cit. 18. Nöbilibus.) contra: *c)* Causae famulantium, Officialium Urburarialium, qui ex indole functionis suae ad Cathegoriam montanisticorum Individuorum, et Incolarum non referuntur, coram Civilibus et Politicis Dicasteriis pertractandae. *d)* Cultores minerales in fundo civico\*\*), vel dominali, fundos vel tenuta possidentes, respectu personae

---

\*) Jurisdictionem pers. in Officiales Montan. Comitatus arrogare nequit B. R. 13. Junii, 1804.; resp. damnorum tamen et violent. in casibus extramin. per quoscunque Officiales commissarum, salvo 48. 659. 31. 552.

\*\*) Rescr. Artic. 1747. ad C. S.

suae, montanae, respectu vero fundorum civi-  
corum vel urbarialium, civicae et dominali, et  
resp. Comitatus Jurisdictioni obnoxiantur. e)  
Politica delicta generatim ordinariae Politicae  
Jurisdictioni, absque distinctione: an Individu-  
um montanicum, vel aliud concernant, erga  
tamen praeviam Jurisdictioni montanae facien-  
dam insinuationem; quae vero cum cultura mon-  
tana nexum habent, Supr. Mont. Officiis, et ab  
his delegatis Judiciis et Substitutionibus sub-  
sunt. Cit. Regulam. sub k. l.

§. 265.

*Dispositio intuitu Jurisdictiona-  
torum Montanicorum.*

Intuitu Jurisdictionatorum Mont. lege et ite-  
ratis BB. Resolutionibus (\* 1. 2. 3.) disponitur:

- 
- \*<sup>1</sup>) Reprobatorium B. Res. de 27. Maji, 1703. intuitu  
ingressionis in examen testium Jurisdictioni Mont. obno-  
xiorum, diluit rationes in exculpationem facti allatas;  
utpote: cit. 81. 568. et 40. 635. tum 2. 28. ad casum  
praesentem haud esse applicabiles; quod respectu still  
Mandatorum Compulsoriorum adfertur, per-  
inde non subsistere: Clausula enim eorum eo sensu  
intelligenda: „quatenus quoad nonnullas Ju-  
risdictiones per positivas leges exceptio  
facta non est“ uti per 108. 723.; privatae vero Ju-  
dicatorum Mont. leges O. M. contentae sunt. cujus XXXIII.  
et IV. praetensae activitati refragatur; sed et usus, per-  
petua J. M. contradictione exercitus, et ex dictorum  
combinatione minime pro legali, sed potius abusu ha-  
bendus est.
- \*<sup>2</sup>) In quantum Mandatis Compuls. et P. P. mos ge-  
rendus sit, declaratur: B. R. 12. April. 1745. et 6.  
Junii, 1702.
- \*<sup>3</sup>) Vigore B. R. 9. Dec. 1703. in cas. apostasiae non secus  
quam praevia salutatione Judici Mont. ad  
Magistratum citandi sunt.

ne coram aliis Jurisdictionibus comparere, juri stare, aut fassionem deponere audeant, sub severissima poena; si alia Jurisdictio fassionem, aut testimonium cujusdam Jurisdictionati montanistici excipere vult, cui subest, requiri debet, quae fassionem secundum communicata sibi puncta Deutri elicit, et requirenti Jurisdictioni communicat; requisitio haec fit per Litteras requisitorias. B. R. 13. Octob. 1777. Officialibus id vetitum absque praescitu S. O. M. sub poena Cassationis. B. Res. de 28. Martii, 1754.

§. 266.

*Activitas J. M. in milites ablicentiatos.*

Intuitu horum B. R. de 23. Febr. 1793. haec disponit: quod ad indeterminatum tempus manumissi Jurisdictioni militari prorsus non subsint; qui vero ad determinatum tempus dimissi: in majoribus delictis, et criminalibus, a suis respectivis legionibus judicandi, eoque fine proximae militari Jurisdictioni resignandi sint; in levioribus nihilominus transgressionibus, quae pure officiose tractantur, aut disciplinares excessus sunt, tales penes rem mont. servientes accomoda poena a conveniente Supremo Officio castigari possint.

§. 267.

*Activitas Judicii Mont. in Criminalibus.*

Si Jurisdictioni montanae subjacentes deli-

etum criminale commiserunt, prima cognitio: an delictum criminale, seu maleficium\*) sit, vel non, ad Jurisdictionem montanisticam, (proin pro diversitate subjecti, vel ad Supr. Officium Mont. vel Judicium montan.) pertinet; in casu primo sententia super cognitione substerni debet Excelso Collegio Aulico, in altero, Supremo Collegio Districtuali XXXIII. 6. B. R. 21. Aug. 1775. Si a foro altiore Inquisitus pro delinquente criminali agnoscitur, tunc facta Degradatione montanistica\*\*) ordinariae Jurisdictioni Criminali traditur. Quamvis vero adprehensio, incarcerationio delinquentium, omniaque ex praescripto Ordinationis Criminalis Cognitioni delicti praemittenda, Jurisdictioni montanae competant, de consuetudine tamen adprehensio et incarcerationio Civili Magistratui permittitur, si in flagranti deprehendantur; obligatio tamen manet Magistratum, super adprehensione Delinquentis Jurisdictionem Mont. concernentem certiorandi R. Jud. Mont. n. 9.

---

\*) Quid ly Maleficii veniat, cit. B. R. uberius explicatur.

\*\*) Suscipitur ea in figura Judicii, adparitore Inquisitum festivo montanistico cultu amictum inducente, perlectaque sententia signa mont. seriatim detrahente, postea leni indito ictu eliminante — per Mont. Camerales vigore B. Res. de 1. Martii 1805. competenti Jurisdictioni Criminali (dominali, Civicae vel Comitatus) erga litteras super resignatione testimoniales, ad Archivum Judicii deponendas, satellites, resignandum. —

§. 268.

*Poenae J. M. usitatae.*

Poenae, quae a Jurisdictione montana irrogantur, vel sunt arbitrariae, in casibus disciplinaribus, vel Politiae dictari solitae, quarum diversae species: multa, a restum, corporales etc. in gravioribus delictis legales dictantur, quales fiscales \*) Regulamento Jud. Mont. cum abolitione veterum Codice contentarum, pro diversis delictorum speciebus definitae, Cassis Officii, erga rationes desuper praestandas, de tempore in tempus inferendae; in lege determinatis quibusdam casibus, v. c. in furto, transsectione minerarum, et crimine falsi XXII. 5. dictatur Poena Cassationis, cujus 3 Jure Metallico habentur gradus: major, seu amotio ab omni labore montanistico, media: exclusio a Districtu dumtaxat Jurisdictionis, denique, qua labor solum Regius interdicitur, minima adpellatur; id genus Judiciae Cassatoriae Cognitiones ante executionem aeque Supremi Collegii District. ratihabitionem praerequirunt, suntque alter casus, quo Judi-

---

\*) In Regul. Judic. memorantur sequ. 1) Cultivantis absque Mutung. praeter Confiscationem operis cum accessoriis 100 Ducati. 2) Legitimam culturam impediens seu usurpator Regalis secundum leges patrias tractandus, et puniendus. 3) Sine Jure perfodientis alienum campum, praeter compensationem sumtuum, erutorum productorum et damnorum 5 Duc. 4) Operarios absque Dimissionalibus recipientis, item: 5) Alteri operarios seducentis, et 6) Operarium legitime edicentem detinentis, aut mercadem injuste retinentis 20. Floren.

cia Districtualia in definiendo restringuntur §. 260.  
Jus ad gratiandi cassatos Metallicolas Exc.  
Camera aulica sibi reservavit.

## C A P U T V.

### *De Processu Montanistico.*

#### §. 269.

#### *Quid Processus Montanisticus.*

Processus est ratio, modusque, quo quis jus suum controversum coram Judicio prosequitur. Processus proin Montanisticus modus et ratio jus controversum in relatione ad Culturam montanam prosequendi.

#### §. 270.

#### *Quotuplex.*

Processus Mont. est vel Civilis, vel metallicus proprie dictus, ille locum habet in causis civilibus, quatenus Judicia montana civili Jurisdictione pollent, et quae ad praescriptum legum civilium exigendae, hic vero in objectis stricte montanisticis controversis obtinet.

#### §. 271.

#### *Ejus Indoles, et species.*

Ratio in et coram Judiciis Mont. procedendi ab ordinaria civili difert — eoque sub respecta extraordinarii, et brevitatis sibi propriae et naturalis, causa, summarii no-

men adeptus — in se vero consideratus rursus in Processum ex officio, et erga instantum partium, hic in Summarium, et libellatorium, porro: in metallicum Ordinarium, in quo praescripta procedendi ratio observanda, et extraordinarium, in quo ab ea receditur, dividi potest, ad hunc praecipue referuntur tres species (ut infra.)

§. 272.

*Processus ex Officio.*

Ex officio procedit Judex in omnibus Casibus, queis publica quies, securitas, et commune bonum laeditur, vel in Casibus criminalibus patris, quatenus personae horum patris insimulatae, indiciis gravatae, et in flagranti de et adprehensae ejus Jurisdictioni subjacent; quippe casu in contrario ei pure adprehensio rei, prout cuivis alii Judici competit (§. 267.) postea ejus competenti foro resignatio incumbit.

§. 273.

*Quomodo is instituat.*

In his Casibus potissimum inquisitorie proceditur, Fisco Judicii tacite actorem agente. In hoc procedendi modo Montanistica Judiciaria ratio a civili differt in eo: quod super instituta Cognitione illico sententia feratur, contra in civilibus Judiciis actio a Fiscali Procuratore primum in ratione factae Cognitionis Judiciariae erigatur contra Inquisitum, cui pro

sui defensione ex officio Defensor datur, quæ ambo secundum Judiciariam praxim, et prout in alio civili Processu adversus se agunt, super allegatis sententia fertur, et ordinarie Processus decurrit; contra: Montanistico-Judiciariae Cognitiones, et inquisitorii Processus, si substratum eorum minus graves transgressionis sint, mox executioni dantur; graviora vero delicta et maleficia ad praescriptum XXXIII. 6. O. M. §pho 267. explicata ratione pertractantur. Eadem ratio observatur penes Judiciarias Substitutiones, eo solo discrimine: quod eae sententiam non ferant, sed Judiciariam Cognitionem concernenti Judicio Districtuali sine ferendae sententiae submittere debeant. Sententia delinquenti in figura Judicii praelegitur.

§. 274.

*Erga Instantiam partium.*

Erga litigantium partium Instantiam ratio Judiciaria duplex esse potest; a) summaria, vel b) libellatoria. Utra ex his locum habeat, ex natura et indole substrati, arbitrio partium, et judicio Judicis montani determinandum est. Generatim: in levioribus, praesertim disciplinaribus casibus, qui adpellationi ad altiora fora, vel non, aut non singulariter apti praevidentur, summaria adhibetur.

§. 275.

*Qui processus summaris instruat.*

Summarius Processus ita instruitur: actor

suam actionem, vel litteratorie, seu scripto, vel verbaliter deferre potest. In primo casu ea parti Incattae cum scripta Judiciaria in viatione exhibetur, qua ei una certus dies et hora praefigitur, qua vel in persona, vel per Mandatarium sufficienter instructum, sine assumendae summarie Causae, in Judicio comparere jubetur; cui in viationi ordinariae Clausula adjungitur: in contrario, seu non comparitionis casu, futurum, quod Juris est, i. e. cum ex: non venit, in Contumacia convictum iri. XXXV. 5. O. M.

§. 276.

*Quid in termino.*

Incatto in Termino comparente, is mox actionem Judicialiter sibi exhibitam ad acta Judicii restituendam habet; hoc facto Judex montanus ad praescriptum XXXV. 3. et 4. O. M. amicabilem inter partes Compositionem tentat, quae si non succedit, ulterior Juris via instruitur; Incattus nimirum ad actionem oraliter respondere, actor ad exceptionem replicare, l. rursus duplicare debet, quo facto Processus absolvitur; argumenta et documenta ad probationem utraque pars, eadem occasione, aut, si testium fassionibus opus, et pars Causam suam earum adminiculo probare fulcireque volens, testes ante Termini exitum examinari curare neglexit, probationem sub orali tractatu in ratione peragendae et producendae fassionis prosequitur,

et Processus seu Prothocollum praehabitu per Montium Magistrum uno aut duobus Assessori- bus et Actuario assumitur. \*)

§. 277.

*Praefixio Terminum unde pendeat.*

Termini praefixio unice dependet a Judice montano, eo solum observato: quod is infra 14 dies nunquam dari debeat, ut videlicet, Incassus tempus habeat, necessaria ad defensionem suam Instrumenta conquirendi, et Procuratorem constituendi. \*\*)

§. 278.

*Processus Libellatorius.*

Ratio in Judicio procedendi libellatoria consistit in sequentibus: Actor libellum suum

---

\*) Oralis norma, abolita jam nova O. J. raro amplius adhibetur, verum Actor ad scripto exhibendam querelam suam inviatur.

\*\*) Non quaevis minus momentosa querela illico in via summarii Processus tractatur; e. c. debiti liquidi praetensio ordinarie debitori convento sequ. decisione transmittitur: Actorem a Convento intra 4 hebdomades Judicatu solvendum, aut amicabiliter componendum esse, secus, intuitu praetensionis hunc eo usque serio se declarandum habere, si jam debitor agnitum debitum intra unum, aut plures solutionum terminos depuraturum se promittat, ab actore pendet, utrum oblationem hanc acceptare velit, si ita, negotium terminatum est. Si vero is sibi satisfieri urgeat, id jam summarie tractandum; quod si vero actoreae praetensioni, vel in toto, vel parte, contradicat, tum actor ad viam Juris inviatur, et Contradictio ex parte Conventi ad forum Contentio- rum traducitur.

actionalem plene instructum, i. e. omnibus necessariis requisitis ad demonstrandum Jus practensionemque suam in duplo, aut saltem ad-  
voluto rubro actionis, Judicio exhibere de-  
bet; hoc exhibito: ex praescripto cit. XXXV.  
terminus pro tentanda amica praefigitur;  
quae si non succedat, actio Reo-Convento sine  
Exceptionis indorsatur, ad hanc actor Re-  
plicam adornat, quam RC. Duplica elidere  
conatur. \*)

§. 279.

*Quantus Terminus praefigatur.*

Ordinarie cuivis parti litiganti pro exhibi-  
tione scripturae terminus 14 dierum praefi-  
gitur; interim tam parum Judici, quam parti-  
bus vetitum est, mox post levatam Causam ter-  
minos, gravitati substrati adjunctisque admen-  
sos, seu defigere, seu expetere; id modo ob-  
servandum: ut pars in postremo casu, praeser-  
tim in 2. et 3. repetitione, illico rationes peti-  
ti adducat et probet. Judicis Officium est, dare  
operam: ne frivole et studio vexandi id genus  
prorogationes terminorum admodum frequen-

---

\*) His 4 scripturis Processus Mont. ordinarie ab-  
solvitur; quamquam in Casibus extraordinariis, sed  
nonnisi cum expresso consensu E. Collegii aulici, 6 scri-  
pturae, proin insuper Triplica et Quadruplica  
admittatur; absentiae alicujus Causantis in praefigendo  
termino nulla ratio habetur, cum quilibet Urburarius in  
loco Culturae suae Mandatarium cum sufficiente instru-  
ctione ex praescripto XIV. 3. O. M. habere debeat.

quenter expetantur; quo casu petatum denegare, absque eo partes remove debet; etenim Causas Metallicas accelerandas, et ad finem quo ocias perducendas esse plurimae rationes exigunt, et deposcunt.

§. 280.

*De Processu extraordinario,  
a) Marcali.*

In speciebus Processus Metallici extraordinarii censetur §. 271. marcalis, seu ad controversas venas, fibrasque Metallicas. — Locum habet in perfossionibus Camporum Foddinalium, \*) si hae inter Urburarios ambiguae, a Iudice Montano et Juratis ut tales agnitae, ejusque qualitatis inventae fuerint, ut eas exaequare, aut definire cunctentur, aut tentata inter partes benevola controversiae compositio in irritum versa, aut eae summariae negotii cognitioni adquiescere renuant — eorum partes ad marcalis causae suae decisionem in via Juris experiendam inviandae. Processus hi natura sua, poscente ociozem eorum definitionem communi

---

\*) *Perfossio Camporum* (*Durchschlag*) dicitur immisio culturae in alienum campum. — Si haec inter Comitaneos dubia sit, lege metallica Montium Magister jubetur illico ocularem controversi loci inspectionem in praesentia utriusque partis, adscitis in subsidium Juratis aliquot, suscipere, et controversiam in flagranti decidere conari — quo cassum tentato, utramque partem a puncto perfossionis ad aliquot Orgyarum metallicarum distantiam remove (campo decedere) locumque usque Causae decisionem pro contentioso declarare, quo sic ulterior agendi ratio instruitur. VII. O. M. p. 1. VIII. 3. D. S.

Culturae montanae ratione, sunt e x t r a s e r i a -  
 les i. e. sepositis interea quibusvis negotiis in  
 tractationem assumendi sunt; — cum demon-  
 stratio Juris in hac Processus specie medio in-  
 stituentiarum operarum montan. adornari debe-  
 at, \*) nulli fatali adstringitur, competitque in re-  
 gula seniori Campo; disquisitio Judicialis insti-  
 tuitur in facie loci controversi per ocularem re-  
 visionem, et a Geometra Mont. elaboratas deli-  
 neationes, adhibitis et aliis juratis Officiantibus  
 — pendente lite, aut si partes Sententia Judicia-  
 ria non contentae, causam ad Forum Appella-  
 torium deducant, nullus litigantium Urburaria-  
 tum, operae montanae Magister, et Curator Mont.  
 cultivationem operis, et ejus oeconomiam procu-  
 randam habet, verum minerae e loco controver-  
 so erutae, ad Sequestrum Judicarium  
 ponendae, cui administrando Custos impar-  
 tialis juramento speciali adstrictus praeficien-  
 dus, qui remanentiam, detractis Urburarialibus  
 praestationibus, et erogationibus, cum rationibus  
 Cassae sequestrali inferendam habet, usque Se-  
 questrum publicata finali Sententia resolvatur  
 XXXVII. 3. et 4. O. M.

§. 281.

*b) Processus ad proventum metalli-  
 cum, partes fodinales, et Me-  
 tallifodinas.*

In Processu ad proventum metallicum, in

---

\*) Operae hae ordinarie a loco, quo vena metallica tenta-  
 mine detecta, inchoandae, quod montanistae a p a-  
 tre duci dicitur. Hertvig.

quo tamen in regula actio debito mont. fundari debet; lata, et non appellata Sententia Judicialia, debiti solvendi obligatio intra 14 dies a die exhibitio Incatto ea cum inviatioe communitatur: Actori secus proventum metallicum ad vires convictivae summae adjudicari. — Qua in termino non secuta, diribitor certioratur Judicialiter ad proventum metallicum partis succumbentis triumphanti erga recognitiales usque exsolvendum, quo hac, vel alia ratione adjudicatam summam obtinuerit. Quod si in defectu proventus metallici, vel ex alio incidenti, actor ad partes ipsas fodinales, vel totam Metallifodiam agat, eorum penes Sententiam Judicialiam succumbenti pro casu solutionis intra terminum non secuturac, Taxatio et adjudicatio partium fodinalium indicatur — atque in eo Metallifodinae adjuratis praevie binis operarum magistris, totidem scansoribus, et aestimatoribus accitis, per Judiciale individuum reambulatio instituitur; praestitaeque super statu et Oeconomia ejus relatione, Taxatio defigitur. Ceterum in Processu ad partes fodin. \*) ordinarie Taxatio absolute non necessaria, sed earum aestimatio ex angarialis proventus Indice desumi potest, salvo Jure Creditoris Taxationi erga proprias expensas inhaerendi. Taxatio penes Judicium montanum suscipitur, et tam penes hoc, quam Magistratum localem erga requisitionem valvis Curialibus affi-

---

\*) In particularibus praetensionibus Tusoriarum, Ustrinarum, dialium aedificiorum etc. Taxatio haec instituitur praevia Officiosa Oculari revisione adhibitis artis peritis:

gitor; Creditori libertate relicta, intra triplam quindenam plus taxato pretio offerendi. — Termino elapso ipso momento taxatae partes plurimum offerenti adjudicantur, majore oblatione non secuta, actori subhastatae partes pro pretio taxato cedunt, cujus intuitu, et sine suscipiendae earum additionis, modo acquisitionis montanisticae capax sit, is ad Antigrapharium inviandus; quin tamen invitus eas retinere cogatur, sed ultronea subhastationem renovandi, aut per procuratorem alienandi libertate pollet. Si convictiva summa Taxali minor, residuum penes Judicium deponi, vel sufficiens Cautio praestari debet, — si major, in executionem reliqua debitoris bona sumuntur.

§. 282.

c) *Processus Concursualis.*

Debitore pluribus creditoribus gravato, adjunctisque perhibentibus: eum solvendo impar rem esse, creditoribus conquerentibus exoritur nova Processus species *Concursualis* nuncupati, ex civili Jure petiti — Processus hic obtinet tam Debitore praesente, quam vita functo, aut profugo, facultatibus singulis creditoribus excontentandis haud sufficientibus — quo, seu ultronea Delitoris denunciatione, seu ex aliis adjunctis comperto, Judicium, cui Debitor subest, constituit specialiter ad hoc juramento adstrictum *Curatorem bonorum*, qui, excluso Debitore, aut ejus heredibus, curam super ejus substantia gerendam, rationesque per-

cepti et erogati ducendas habet. — Eadem ratio obtinet concurrentibus pluribus debitis montanis ad partes fodinales, aut Metallifodinas, quae Processui inducuntur — in hoc casu, partes fodinales Debitoris, aut tota Metallifodina cum mobilibus et immobilibus supra dicta ratione subhastatur, percepta ex in pecunia in *Massa* in ita dictam *concursolem* ponitur a *Curatore Massae* administrandam. — Postmodum *Judicium citationem generalem* adornat, quae, ut eo facilius certiusque *Creditoribus* innotescat, *Novellis* inseritur, atque *valvis diversorum Judiciorum* affigitur. *Creditores* intra *Edictalem* terminum praetensiones suas singuli *Judicio* exhibent, ad quas singulatim, constitutus a *Creditore Mandatarius*, aut eo absente, aut mortuo, constitutus ex *Officio Curator liti* respondet, et mutuo intra terminum sub periculo contumaciae usque *quatruplicam* prosequitur. *Termino Edictali* elapso, *Acta* pro conclusis habentur, et de praetensionibus *Creditorum* cognoscitur, quae ad *montem XVI. 16. O. M.* fine excontentationis sequi ratione classificantur: 1) *Restantiae Urburiales*, *Cameralia* aut alia debita *acerarialia*. 2) *Merces operarum*, *Ustrinales*, et *fabriles sumtus*. 3) *Anticipatae pro cultivatione openis ex Cassis Urburarialibus* cum praesentiu *Officii montani Summae*. 4) *Coram Judicio Mont. intabulata debita* et *legali Hypotheca adfectae partes fodinales*, aut *opera*. 5) *Anticipatae summae*, et quae *culturae montanae* ergo *inita esse* diserte in *Chirographo* exprimuntur. 6) *Alia civilia debita* *subversante alius fundi defectu* —

Additamentum partibus concursui obnoxiiis incumbens, aut Curator bonorum ex concursuali massa, aut Creditores, ex suis facultatibus, sub periculo experiendi rigorem Retardatus (§. 212, et 213.) praestandum habent.

§. 283.

*Processus Concursualis mixtus.*

Possunt et Civilibus Concursibus partes fodi-  
din, debitore fati functo, vel profugo, aut de-  
fectu, fundi subversante, ad massam pertrahi —  
attamen Creditores praetensiones montanisticas  
habentes, adversus communem Debitorem intu-  
itu partium fodinalium, massae addictarum,  
praerogativa pollent — quippe partes fodinales  
non absolute, sed dumtaxat in subsidium  
excontentandis reliquis Creditoribus adplicandae  
(Confer. P. I. C. IV. §. 129.) eo suopte intelle-  
cto, et ex §pho. 263. perspicuo: in Civili  
Foro Subhastationem partium fodinalium decur-  
rere nequire, sed absolute Judiciis Mont. com-  
petere, queis erga praeviam requisitionem ea  
procedendi ratio incumbit, et detractis praeno-  
tatis debitis Mont. residua percepta, summa  
Massae Concursuali requirentis Judicis resig-  
nari debeat, ut sic primum ferendae ab eo Sen-  
tentiae materia esse possit.

§. 284.

*Sententia interlocutoria, meritoria.*

Cardo in eo versatur: Utrum R.C. litem

in merito contestetur, aut exceptionem, quam vocant peremptoriam, opponat — in postremo casu super exceptione cognoscendum est; videlicet exceptionalis Libellus Actori sine respondendi, responsum RConvento, replicandi ergo, communicatur, et postea sententia interlocutoria lata deceditur. Exceptiones haec concernunt potissimum Actoratum et Judicatum. Si eae fundatae cognoscantur, Processus cassatur, et Causa condescendit. Casu in contrario actio denuo sine responsi R. Convento exhibetur, quo facto Processus continuatur ut supra declaratum est. Exceptivis superatis, Processus meritum cognoscitur; et finali sententia, partibus in ordinaria Judicaria sessione promulganda, deceditur.

§. 285.

*Executio Sententiae.*

Sententia finalis legitime lata, et publicata, nisi adpellationis interposito remedio, (de quo sequ. §pho.) sistatur, Executioni danda, decernitur. Executio fit per Judicium Mont. si id personalis, in quem lata, Jurisdictio est; (recole quae de hoc argumento praeced. Cap. §pho. 264 et sequ. dicta sunt.) Si vero is alteri Jurisdictioni subsit, per litteras Requisiteas. \*) Intuitu vero executionis sententiae contra subditos et incolas

---

\*) Harum usitatus stilus ex Jure communi notus praesumitur.

aliarum ditionum latae, Reser. Exc. Curiae B. H. A. de 1. Julii 1788. praecipitur: ut Judicium Mont. Requisitorias sine peragendarum executionum ad illam directe Instantiam, quae executionem peragendam habet, expediat, et Requisitoriis, non modo sententiam, verum et meritoria instrumenta, in quibus praetensio actorum, prout et Jurisdictionis activitas fundatur, in fidedigna Copia advolvat.

§. 286.

*Remedia Juris.*

Jure Metallico aequae (prout in omni Jure ex principiis recti Systematis Judiciarii) obtinent varia beneficia a lege concessa, ad praepjudicium, quod parti (vel utrique, vel alterutri) in Processu inferri posset, a se amoliebenda — et quamvis quae de Jure communi habentur, aliqua solum expressa lege Metallica prohibeantur, secundum tamen Judicariam montanam observantiam sunt potissimum variae *Exceptiones*: contra Actoratum, Judicatum, praescriptionis, calumniae, dilationis Terminum etc. denique Prohibita, et ipsa Appellatio — Novum vero Judicium, et Oppositio in Processu Metallico simpliciter exulat. XXXVII. 4. O. M.

§. 287.

*Appellatio, quando interponenda.*

Si pars succumbens finali sententia \*) non

\*) Ab interlocutoria enim Sententia nulla Appellatio locum habet. Cit. XXXVI. 1. O. M.

contentetur, sed per eam gravari se existimet, habet remedium Adpellationis, at hanc interponere debet mox publicata sententia, in ipsa Sessione Judiciaria; (so lange der Bergrichter sitzt, und den Gerichtsstab in Händen hat) postmodum vero Adpellationis Gravamina intra triduum (die publicationis et exhibitionis jam imputato) Judicio exhibere; in quo Judex curandum habet: ne his Appellationis Gravaminibus plus inseratur, quam ipsi Processui in allegatum est, h. e. ne adpellans praeter motiva Processu ipso contenta, novas rationes, ceu Gravamina, adversus sententiam adducere audeat; quod si faceret, ea parti restitui, aut simpliciter seponi queunt. XXXVII. Q. M. p. t. quod si alterutri parti post factam actorum processualium irrotationem, quaedam quae alterandae latae sententiae patrocinatoria videntur, motiva se offerrent, in hoc casu, non remedio Adpellationis, verum Prohibitae reformationem impetrandam habet sententiae, quam ab Adpellatione differre evidens est: siquidem penes eam Processu in eodem Foro manente nova motiva adduci queant, in hac contra, causa ad eminentius forum traucta innovari nihil possit.

§. 238.

*Quid ea interposita faciendum.*

Interposita per P. succumbentem Appellata P. triumphans succinctam dat oralem animadversionem, et reflexionem stante Sessione

ad Protocolum, in qua quaestio: Utrum interposita Adpellatio admittenda aut rejicienda sit discutitur, et per sententiam deciditur,

§. 289.

*Quid si admittatur.*

Adpellatione Judicialiter admissa, universa acta Processualia, una cum Sententia et Gravaminibus Adpellationis describuntur, per Secretarium Judicii, in praesentia partium comparere volentium, collationantur, dum revidentur, haec Copia Processus Cortesiae involvitur, et exteriori paginae meritum Processus cum partium litigantium denominatione inscribitur; postea a Judicio Transmissionales, seu Reverentiales (Apostoli) quae nihil aliud sunt, quam litterae comitativae, expediuntur, eis Processus et gravamina Adpellationis adcluduntur, omnia haec alteri Cortesiae cum inscriptione: Ad I. Tabulam Regiam Judicariam \*) sub sigillo Judicii M. D. includuntur, et Appellanti cum subnotatione Taxae Expeditionis sine ulterioris exhibitionis et transmissionis consignantur.

---

\*) Ex vicennio Judicia montana, in ratione Causarum suarum ad altiora fora promotionis, plures vices subiverunt. Olim Causae metallicaee unicum dumtaxat forum Adpellatorium graduale, utpote S. C. Grafiatus Officium habuerunt, cujus sententiae postea non via amplius Adpellationis, sed dumtaxat Grafiatae, eaque semper extra dominium ad ipsam Majestatem sine revisionis promotae fuerunt; erga factam eapropter ab Urbibus Montanis I. H. Urburariatibus et Urburariis humilliman supplicatio-

§. 290.

*Quid si Adpellans cedat Adpellatione.*

In casu, quo Adpellans post fatales dies Adpellatione cedere, sententiaeque latae adsentiri se declarat, poena 50 fl. in dimidio Fisco, in altero parti adversae cedenti, ex praescripto XXXVII. 4. O. M. subjicitur, Sententia vigori suo restituitur, et executioni datur. *ibidem.* Si lis fodinas intercedat, ea pendente, impartialis Curator, vel Custos ex officio constituendus, minerae ex controverso loco erutae ad sequestrum usque finalem Sententiam ponentem

---

nem Majestas Anno 1784. Sedem Tavernicalem supremum Revisionis Tribunal in Causis Montanisticis pro Regno Hungariae constituit, cum vero 1. ma Maji 1786. novus Judiciarius Ordo in Hungariam inductus fuisset, qui pro universo Regno Tabulam Regiam, Adpellatorium, Exc. Septemviralem vero supremum Revisorium forum, et ultimam Instantiam constituit, factum est, quod Causae quoque Montanisticae hunc ductum sumere debuerint, pro quibus in utraque referendis R. Consiliarius, et Referens in Montanisticis cum adjuncto Secretario constitutus est—haec Constitutio duravit usque fatae Josephi Imp. et magni universi Systematis Judiciarii Reformatoris—Augustus Leopoldus II. mox in aditu regiminis sui statum Judiciorum, et systema eorum Anno 1780. reduxit; verum in systema redacta (systematisata) 1788. Judicia Montana manserunt in vetere suo statu, et quidem quod ductum ad altiora fora, et eorum activitatem attinet, in qualitate provisoriae Coordinationis.—Norma haec hodieum obtinet, neque ex hoc intuitu formalitatis, secundum quam Causae Montanisticae via Adpellationis et revisionis promovendae, sententiae publicandae, remedia Juridica adplicanda, in praesens quidpiam stabilitum est; utpote in hoc argumento firmum stabileque systema primum ab approbatione in Comitibus Operati Exc. R. Deputationis dependet vigore 22. 1799/1.

dæ; quamquam et fieri possit, ut eae illi, in  
cujus campo eritae sunt, erga impensarum re-  
fusionem, et praestationem sufficientis Cautio-  
nis extradentur. *ibidem*.

§. 291.

*Quid intuitu Processualium expen-  
sarum et accessoriorum.*

Quod denique processuales Judiciales ex-  
pensas et accessoria attinet: in eorum praesta-  
tione pars succumbens in regula condem-  
nanda; eo nihilominus observato: quod dam-  
num, et expensae a parte triumphante liquidan-  
dae, aequo Judiciis Mont. arbitrio temperandae  
sint. XXXVIII. 1. O. M.

§. 292.

*Quid observandum de Juvamento  
Calumniae, item Cautione litis.*

Vigore XXXV. 12. O. M., actorca pars oc-  
casione Levatae Incattae Cautioem intuitu  
sumtuum in litem, et ex praescripto XXXVII.  
1. Appellans ante admissam Adpellatam Jura-  
mentum Calumniae praestare obligabatur;  
utpote: quod litem non protelandi causa, neque  
ex temeritate, aut malevolentia, sed ex consci-  
entia illati sibi per sententiam Judiciariam praec-  
judicii, et quod ea se gravari existimet, ad al-  
tius forum deducere velit; Juramentum isthoc  
nihilominus B. Resolutione 1784. Causanti-  
bus diserte remissum est; Cautio vero memora-  
ta, quamquam expressis verbis abrogata non  
sit, in Foro parum in praxi est; caeterum: in

casibus, dum actor persona non satis nota, non possessionatus, aut nullas Jurisdictioni Montanae obnoxias facultates habet, in Judiciis Mont. erga instantiam partis RC. tuto decerni et pars actorea ad praestationem Cautionis, vel realis, vel saltim provisoriae, incunctanter adstringi potest.

§. 293.

*An in Processu Metallico detur Beneficium Restitutionis.*

Beneficium Restitutionis in integrum Causae jam decisae, et Sententia Judiciaria superatae, proin vires rei judicatae obtentae, cum plena praecedaneorum actorum et deliberationum Judiciariarum in merito Causae invalidatione, et Cassatione, non datur; \*) quippe hoc saperet Judicium novum, quod in Jure nostro exulat (§. 286.) si vero agatur de Restitutione ad appellandum ex neglectu per Mandatarium gravaminum legali sub termino exhibitionis, et ex capite intermissae formalitatis, haec sub onere gravaminum, intra triduum a die obtenti Beneficii, exhibendorum, et Appellatae proseguendae, sustineri et peti potest vigore B. R. 20. Martii 1782.

§. 294.

*De Officiosi Cognitionibus.*

Procedura Judiciaria in litigiosis Feudalibus objectis, ad quae in specie Jura ita dicta Informa-

---

\*) De restit. in integrum in Causis mont. non admittenda agunt BB. RR. de 16. Apr. et 28. Junii 1788.

liones (Kundichafes Rechte) seu De — et Remonstrationes occasione Mutungationum operum metallicorum desolatorum, pertinent, (P. I. C. V. §. 200. sub \*) principio plerumque dumtaxat est Officiosa, controversique id genus casus, medio Officiosarum cognitionum resolvuntur, quarum instituendarum rationem pro Coronide operis adnectimus. — Demonstratio ex natura incumbit parti praetendenti intra ordinarium Judicalem Mont. terminum 14 dierum, in cujus vicem perinde intra parem terminum pars contravertens contrarium probare, seu remonstrare obligatur. — Ad adjuvandam hanc de- et remonstrationem utraque pars principio statim termini Judicio exhibendos habet quosdam Articulos de- et re- monstratorios, seu certa puncta et quaestiones, super quibus personas a se denominatas Judicialiter examinari cupiunt — examen hoc testium; quorum fassionibus partes jus suum demonstrare voluit, praevie adjuratorum, suscipitur in figura Judicii, a quo authenticatum; concernentibus partibus extradatur, ejus adminiculo libellos suos, Judicio substernendos instruunt — duplex hic libellus de- et remonstratorius Judicio lumen adfundit super realitate quaestionis cognoscendi, et pro alterutra parte decidendi XXXVI: O. M. p. t. parti non contentae licet pro remedura ad superiora Feudalia Collegia via Supplicationis recurrere, aut viam Juris eligere — in quo casu supra explicata ratione proceditur.

---

# A D P E N D I X I.

---

## E X E M P L A R I A.

Nro. 1.

*Mutungationis.* (ad §phum 95.)

**A** Sacra Caesarea, et Regio Apostolica Majestate, Haereditario Austriae Imperatore, Hungariae et Bohemiae Rege FRANCISCO Primo, Clementissimo Domino nostro, et Montium, mutungo et peto Infrascriptus ceu Feudatarius nomine I. superioris Biberstollnensis Urburarius, venam metallicam, in promontorio plene libero, S z i t n a adpellato, situatam, in ejus boreali adpendice protuberantem, hora 11. in argillaceo porphiro decurrentem, ab ortu in occasum sub angulo 60° divergentem, quarzum, et spatum calcareum, ceu venae speciem, continentem, 4 pedum capacem, plumbeam; de qua signum probatorium isthic advolvitur, ea cum supplicatione: ut eam Cuniculi, adjutorium Dei nuncupandi, medio, cultivandi facultatem habeam, et mihi desuper legale Jus et mensura Cunicularis, cum quibusvis de Lege Montanistica competentibus Juribus

et privilegiis conferatur. Schemnicii die — mense — anno —

N. N.

cei Feudatarius Mont.

Adnotatio: 1) Si hoc opus Metallicum desolatum mutungetur, in contextu dicendum: „ab ortu in occasum divergentem 4 pedum capacem, antea ab I. sup. Biberstolln. Urburariatu cultivatum, de praesenti vero jam 4 hebdomadis operis improvisum, desolatumque, Adjutorium Dei nuncupatum Cuniculum cum legalibus mensuris et legi conformibus Juribus, et Privilegiis mihi conferri peto.“ Mutungatio Metallifodinae, cujus Cultores dudum campo decesserunt, sic sonat: Mutungo et peto, ut mihi in promontorio Bernstein juxta Silberberg situatam vetustam, ex immemorialibus annis desolatam et obsoletam Metallifodinam, in qua secundum directionem rudorum (Pingen) et antiquorum acervorum mineralium (Halden) argumentando, occasum versus decurrens vena argentea, de qua signum probatorium advolvitur, cultivata fuerat, ea cum supplicatione: ut eam ope Cuniculi Benedictio Dei vocitandi etc.

2) Spatium pro Tussoria, Cataracta, aquilegio, et his similibus, pari ratione mutungatur, eodumtaxat cum discrimine: quod in contextu Mutungationis localia adjuncta, et vicinia clare et definite exprimenda sūt.

Nro.

Nr. 2.

*Mortorii.* (ad §phum 164.)

Inclitum Caesareo-Regium Judicium Mont. Districtuale!

Cum Infraserus Urburariatus ob irruentes, et indomabiles fodinales aquas, sub 6. Maii 1785. mutungatum, die vero 16. e. m. et a. collatum Laus Deo nuncupatum puteum Metallicum ferriari sinere necessitetur.

Ideirco I. I. M. D. supplicat Ordinationi Montanisticae conformem  $1/4$  anni feriandi Indultum sibi concedi. Schemnicii die etc.

N. N.

nomine Urburariatus putei  
metallici adpellati Laus Deo.

---

## ADPENDING II.

SYNOPSIS LEGUM CORPORE JURIS CONTENTARUM REM MONTANAM CONCERNENTIUM.\*)

Caroli I. D. 1342 per extensum.

Ludovici I. D. 3. a. 4. de Lucro Camerae instituto, item 5. de exemptis a solutione lucri Camerae, a. 13. Nobilium possessiones, in quibus minerae reperiuntur, Rex absque competenti Concambio non auferat.

---

\* ) Missis, utpote quae praesens institutum non adficiunt, de re monetaria sonantibus parem prope numerum efficiuntibus legibus.

Sigismundi D. II. a. 19. solis Regis Campsoribus pecuniam Cambiare liceat. a. 21. aurum, et argentum, in regno inventum solis Camerariis vendere liceat, neque aliunde adferentes, nisi Camerae vendere praesumant. D. III. a. 13. possessiones in quorum metis minerae sunt, Rex Nobilibus non auferat, dimidietatem vero urburarum Cultoribus propter auctos fodinarum labores relaxet.

Alberti D. u. a. 6. administrare Urburam extranei non admittantur.

Uladislai D. I. a. 28 et 30. minerae in quorumcunque regnicolarum bonis, qualescunque dentis salis repertae fuerint, eas Rex pro se occupare non possit, sed Urburas regales ab eis, qui eas coluerint, exigi faciat. a. 32. aurum, et argentum non cusum e regno eferre, sub poena detentionis rerum et personarum prohibetur.

Ludovici II. D. II. a. 11. Civitates montanae in libertatibus pristinis conserventur, et montanistae res quascunque ad necessitates suas advehentes tributum non solvant, ab extraneis similes res inferentibus exigatur, moderatum tamen. D. III. a. 7. Camerarios in societatem fodinas colentium recipere non licet, demto casu, si soli propriis expensis impendant cultivare, a. 8. Camerarii, educilla et maceilla tenere non possunt nisi propriis famulis, et domesticis. a. 9. aurum et argentum solis Cameris vendatur, et cambietur. D. IV. a. 19. invigilatores monetarum Cusoribus praeficiuntur. D. V. a. 25. monetarum veterum in Camera permuta-

tio. a. 39. ad fodinas colendas, quibuslibet extraneis etiam accessus pateat. D. VII. a. 3. Regionum thesaurorum, tum ex fodinis, tum ex tricesimis provenientium Curator probus constituendus decernitur.

1545. a. 50. Marca argenti in Cameram regiam 6 fl. redimatur, minus 25 denariis, vide resolutionem regiam §. 16. ad hunc articulum.

1550. a. 78. Libertates montanarum Civitatum illibate per omnes observandae; item: 23. 1554.

1552. a. 36. vetusta consuetudo circa erectionem novarum fodinarum observanda. 1553. a. 29. Montanarum Civitatum inhabitatores a solvendo telonio immunes in libertatibus conservandi. Villulae ad montanas spectantes dicam in medium Comitatum non solventes ultro ab eodem onere relevantur.

1563. a. 73. aurum et argentum non cusum e Regno non exportetur, exportatores puniantur.

1566. a. 10. aurum, et argentum non evahatur sub poena in prioribus legibus sancita, in Scepusio productum argentum sua Majestas per suos homines redimat.

1569. a. 9. Carbonarii, et Sectors praeter habitationem nihil habentes in montanis non dicentur.

1574. a. 19. Urbura solita ex fodinis Fisco solvatur, secus contra negantes Fiscus aget.

1598. a. 42. intercedunt Status pro montanistis ne fodinae deficient.

1609. a. 38. metallum, aurum, et argentum non cusum e regno non exportandum.

1622. a. 25. De Privilegio montanarum Civitatum, et Oppidorum regionum privilegiatorum, prohibitione item appellationis, et deductionis ad forum extraneum; a. 46. de mineris, et fodinis regni eliberandis, et fisco regio applicandis non obstante contradictione possidentium, qui pecuniam ex proventibus abunde perciperunt, et interesse, aut superinteresse praetendere nequeunt.

1625. a. 41. poena in eductores auri et argenti, Campsores foeneratores, et exoticae adulterinaeque monetae inductores.

1630. a. 23. Montanae Civitates ordinario Magistratui subsint, ad externa vero tribunalia confugientes, convincantur in amissione causae et homagii.

1662. a. 44. Lapididae, ac Carbonarii, metallicidae, in Sylvis extirpatis agros et prata sibi vindicantes, Commissione mediante corrigantur.

1715. a. 43. §. 5. Montanae Civitates a condescensione militari immunitantur. 56. excessus Cameralium montanorum Officialium Commissionally corrigendi determinantur, item fit mentio oppidi Botza. a. 96. in hoc memoratorum Oppidorum, et aliorum locorum incolae communia Comitatus onera ferant disponitur.

1725. a. 51. in causis bonorum Cameralium et montanorum nomine Fiscii regii active et passive procedatur. 65. montanae Civitates et villulae Cremnicienses a condescensione militari quidem immunes, sed ab onere Contributionis liberae non sint. 108. Judicia montanistica in privatis eorum ultra saeculum stabilitis legibus confirmantur.

1741. a. 40. de remedendis MM. RR. Civitatum gravaminibus. 63. villulae montanarum pro extraordinariis belli necessitatibus taxatae.

1751. a. 18. Nobiles in montanis quoad personas Comitatus juri stent.

1791. a. 22. De re montanistica qualiter in conformitate legum administranda.

---

## APPENDIX III.

---

### RUBRICAE ORDINATIONIS MONTANISTICAE ET DECLARATIONUM.

#### PROLOGUS.

- Articulus 1. Regale minerale Principis concernens in §phis. 6.
- 2. A quo, et quomodo metallifodinae, et earum appertinentiae adquirantur, et conferantur. in §phis. 9.
- 3. De juribus et praerogativis Cuniculi haereditarii in §phis. 11.
- 4. Ut suscitandum, inchoandum laboribus providendum, et possidendum opus metallicum §phis. 4.
- 5. De fodinae, et putei metallici mensuris §phis. 12.
- 6. De intercapedine §phis. 2.
- 7. De perfossionibus Camporum metallicorum, et objecto marcali.
- 8. De praeculturis, aut suffossionibus, et quomodo Cuniculus aut puteus metallicus alteri promotio-

Articulus.

- nem minerarum aut operationem  
admittere, aut denegare debeat  
§phis. 5.
- 9. De transfessionibus, et ne ullus  
alterius culturam ingrediatur, ne  
Courburario cultivando periculum  
inferat, aut fraudem committat §. 3.
- 10. De feriacione, seu moratorio §is. 10.
- 11. De Convasationibus Camporum fo-  
dinalium §phis. 3.
- 12. De Urburariorum gubernacione,  
et metallifodinarum practensionibus  
§phis. 5.
- 13. De Obligationibus Curatorum mon-  
tium, item Curionum, ac laborato-  
rum montanisticorum §phis. 11.
- 14. De communibus solutionibus, et ut  
urburarii penes metallifodinas suos  
plenipotentiariorum teneant §phis. 4.
- 15. De labore montanistico, et, ut sta-  
tuto tempore labor inchoandus,  
quandove eo decedendum sit §is. 4.
- 16. De persolutione mercedum lenun-  
galium, ac urburariorum defalca-  
tione, quando solutio defalcari, et  
qua forma laboratores ad partes fo-  
dinales, querulari possint, ac debi-  
torum causa §phis. 17.
- 17. De lenungali, et ad mensuram sive  
pondus exacta mercede §phis. 5.
- 18. Ut minerae probe secernantur, et  
officiales, urburarii, et eorum servi,  
quovis solutionis tempore, ad mon-

Articulus.

- tem, et metallifodinas se conferant  
§phis. 3.
- 19. Ut nemo hypocaustum, fabricam,  
aut machinam penes fodinam di-  
ruere, ligna, durioris ligni, aut abie-  
tinos asseres aut alia instrumenta  
ex monte deportet. §phus. unicus.
- 20. Ut ab una fodina alteri cum foco  
succurrendum §pho. unico.
- 21. Ut mons, in quo nobiles minerae,  
aut fatua fossilia sunt, promoveat-  
ur, item: ne venae, aut minerae  
sepeliantur §phis. 3.
- 22. Urburam, item repartitionem mi-  
nerarum in monte concernens §is. 6.
- 23. Ut damnum in fundis per urbura-  
rios illatum reparandum sit. §pho.  
unico.
- 24. De regia libertate metallicolarum,  
et praerogativa eorum intuitu do-  
micilii, et intertentionis §phi. 2.
- 25. De fodinarum partibus, et earum  
adpertiis, emtionibus et ven-  
ditionibus §phis. 7.
- 26. Ut res amicabiles, ac judiciales sen-  
tentiae, cognitiones, decisiones, con-  
tractus, emtiones et venditiones li-  
bro judiciali inserantur, sub bona  
custodia servando, ut quisquis ob-  
ligationes suas ex eo intelligere  
possit. §phus. unicus.
- 27. Ut Officiales fodinas non colant, neq;  
urburariis juramento obligati sint,  
ac de eorum Salariis §phis. 18.

Articulus.

- 28. De iis, qui in Civico, aut provinciali Magistratu fodinas colunt, et Judicio montanistico parere nolent, qualiterque partibus renunciandum sit §phi. 2.
- 29. Negotiationem ad creditum (Pfändwerthhandel) concernens, et qui ad fodinas res necessarias adducit, est a telonio liber, etiam staterae et mensurae gratia §phis. 4.
- 30. De nuptiarum pompa et Blasphemiis §phi. 2.
- 31. Contumelias et imprecationes concernens §phus. unus.
- 32. Qui votum, pacem, concivilitatemque fregerit §phus. unicus.
- 33. Ut nemo contra Magistratum, aut secus confederationes, neve tumultum excitet, item: de temerariis ausibus, prohibitis armis, et eorum transgressionibus §phis. 8.
- 34. De concordia, et discrimine inter montium Magistrum, ac Civicum et provincialem Judicem §phis. 10.
- 35. De communibus, et expetitis montanis juribus, item quando montium Magister et jurati de jure suspecti denunciantur §phis. 14.
- 36. De testimoniis jurium aut probationibus §phi. 6.
- 37. De Appellatione et recursu §phis. 5.
- 38. De taxationibus damnorum §phus. unicus.

Articulus.

- 39. Aurilatoria concernens §phis. 16.
- 40. De Collatione Ustrinarum, et frixoriorum §phis. 10.
- 41. De praesentatione auri et argenti ad Cameram regiam, ne illud clanculum e regno eferatur, aut celetur §phis. 4.
- 42. Officinarum directores conservandi, et promovendi, §phis. unicus.
- 43. Officiales sibi mutuo assistant, et adjuvent §phis. unicus.
- 44. De Collatione sylvarum, Carbonariorum, quid earum intuitu observandum, et ut labor, et ustio perficienda sit §phis. 25.
- 45. De obedientia in supremum Camergrafium, Magistrum montium, et praelectionibus Ordinationis §. 2.
- 46. Officialium montanisticorum jura-  
menta continens.

---

RUBRICAE DECLARATIONIS CREMNICIENSIS.

- Articulus. 1. Quomodo Urburarii in cultivandis fodinis se gerere debeant §phi. 2.
- 2. De Officio montium Magistri §is. 3.
  - 3. A quo, et quomodo fodinae percipiendae et conferendae sint §phis. 5.
  - 4. De libertatibus, et praerogativis Cuniculi haereditarii §phis. 12.  
§pho. 6. de exhaeredatione, §pho. 12.  
de conservatione ejusdem.

Articulus.

- 5. Ut opera metallica suscitanda, laboribus providenda, et possidenda sint §phis. 14. — §phus. 14. de promotione mineralium ad molas contusorias et molendina.
- 6. De mensuris fodinalibus, et putealibus §phus. unicus.
- 7. De perfossionibus, item, ut mensurae formandae, quidque pendentes, et jacentes putei metallici mutui juris habeant §phis. 17.
- 8. De feudis, item erectis, et planis limitum lignis, sectis majoribus. §phis. 11.
- 9. De recentis aurae inductione, et aquarum deductione §phis. 5.
- 10. De indagatoriis, et promotoriis cuniculis et pontibus §phis. 5.
- 11. De Urburariorum gubernatione et fodinarum practensionibus §phi. 2.
- 12. Urburales Officiales, utpote; Oeconomos, Decuriones, et laboratores concernens §phis. 9.
- 13. De molendinorum Curatoribus, lotoribus, diurnis, nocturnisque contusoribus, cunctis item penes contusorias laborantibus §phis. 7.
- 14. De opera, et ordinato tempore, quando ad, et a labore eundum, et de mercede operariorum §is. 4.
- 15. Vectores, et mensuram arcae curulis concernens, §phus. unicus.
- 16. De Locationibus, et conductis ad

Articulus.

- mensuram et pondus mercedibus  
§phis. 8.
- 17. De demolitione aedificiorum diali-  
um §phis. unicus.
- 18. Ut una fodina alteri cum igne suc-  
currere debeat §phis. unicus.
- 19. De conservatione judicialium lib-  
rorum §phis. unicus.
- 20. Discordiis praeveniendum §phis.  
unicus.
- 21. De Collatione sylvarum, et Carbo-  
nariarum, et ut earum intuitu la-  
bor servandus et vecturae prae-  
standae §phis. 5.
- 22. Ustrinam, et ustrinales operarios  
concernens §phis. 4.



DILUCIDATIONIS SCHEMNICIENSIS.

- Articulus 1. De montium Magistri officio §phis.  
unicus.
2. De juribus et praerogativis Cuni-  
culi haereditarii, et puteorum me-  
tallicorum, intuitu aquarum asser-  
vationis §phis. 38.
- In specie: §pho. 3. Cuniculi hae-  
reditarii elevatio; §pho. 3. et 4., quo-  
modo jacens puteus metallicus ju-  
re in haereditarium Cuniculum uta-  
tur a §pho. 6. — 11. haereditarii  
Cuniculi et putei metallici perfos-

Articulus.

sionibus in via coincidunt a §pho. 12. — 15. De haereditarii Cuniculi aquarum asservatione §phus. 15. et 10. item de puteorum §. 17, 18 et 19.—Decisio inter Cuniculos et puteos metallicos aquae gratia §. 20, 21, 22. De exhaeredatione haereditarii Cuniculi §. 25. De Collatione variorum haereditariorum Cuniculorum, qui in contrarium exstrui possent §. 24. Dum duo Cunicularii haereditarii conveniunt cum perfossionibus ex eadem via, quid juris? a §. 25. — 29. De suffocatis submersis Cechis seu partibus fodinalibus §. 29. De Libertate et Confirmatione haereditarii Cuniculi, ac de collato et iterum mutungato haereditario Cuniculo, quomodo is spiraculum adipisci possit. 32, 33, 34. haereditario Cuniculo aura et promotio concedenda. u s q u e f i n e m.

- 3. De Cuniculo indagatorio, ut mutungando, cultivando, et ejus juribus §phis. 4.
- 4. De nova fodina, quomodo percipienda, providenda et ejus juribus §phus. unicus.
- 5. Ut opus suscitandum, assidendum, fodinae laboribus occupandae, possidendae, et quid intuitu vitiosorum puteorum et fodinarum tenendum sit §phis. 10.

Articulus.

- 6. De praereptione montium mineralium sive Cuniculi, sive putei sint §phus. unicus.
- 7. De perfossionibus, de mutuis juribus pendentium et jacentium puteorum in specie: montium Magistri pacis signum, descensio in foddinas; de Cechis seu partibus foddinalibus et mensuris. Perfossiones, secundum ductum venae fiant. De mensuris ad principales et pendentes venas. De urburariatibus cum perfossionibus collidentibus. De mineris ferri, Cupri et plumbi mineralibus.
- 8. De perfossione, ut intuitu ejus agendum et se defendendum §phis. 5.
- 9. De metarum seu terminorum palis et crucibus, quae inter feuda ponuntur, aut incutiuntur §phus. unicus.
- 10. De transectionibus, ne ullus alterius Culturam transscendat, nec suum Courburarium cultivando defraudet §phus. unicus.
- 11. De feriacione operum metallicorum §. 5. — De prorogationum schedis agitur §pho. 5.
- 12. De Urburariorum gubernatione et praetensione operum metallicorum §phis. 5.
- 13. Oeconomos et Decuriones et operarios concernens §phi. 2.

Articulus.

- 14. De communi solutione, et ut urburarii suos plenipotentiariorum ad fodinas habeant §phus. unicus.
- 15. De opera, et ut recto tempore ad, et a labore eatur §phis. 5.
- 16. De solutione mercedum, item defalcatione, quando solutio detineri, et ut laboratores ad partes debitorum causa querulari possint §phi. 2.
- 17. Intuitu rectae divisionis minerarum officiales Urburarii et eorum servi, solutionum tempore ad fodinas se conferant §phus. unicus.
- 18. Urburam, et minerarum repartitionem concernens §phis. 4.
- 19. Quod omnes benevolae Judiciariae sententiae, cognitiones, decisiones, contractus improtocolentur, Protocolla conserventur, ut cuivis postulanti, veritas demonstrari possit. §phi. 2.
- 20. Fabricas, ustrinas, et molas contusorias concernens. §phis. 3.
- 21. De Ustrinis, molendinis, earum praerogativis, quanta distantia loteriorum seu auri, argenti, plumbi, aut scoriarum ab invicem esse debeat §phus. unicus.
- 22. De objectis ustrinalibus et de mercede ustrinalium operarum §is. 14.
- 23. Penes ignobilium minerarum molendinum auream et argenteam fa-

Articulus.

- rinam elaborans, quae ratio tenenda sit. §phis. 7.
- 24. Montium Magistri Juramentum §sunicus.
- 25. Geometrae subterranei Juramentum §phi. 2.
- 26. De Culinis, Cellariis, in montanis existentibus.

EPILOGUS.

---

EXTRACTUS  
B. B. RESOLUTIONUM  
QUARUM PLERAEQUE HOC OPERE CITATAE  
CONTINENTUR.

---

I.

IN MATERIA MONTANISTICO - FEUDALI.

B. R. de 9. Julii 1753. Generalis Judiciorum montanisticorum, et Feudorum regulatio.

B. R. de 21. Aprilis 1777. Continet BB. Patentales intuitu auriloturae.

B. R. de 18. Augusti 1777. Continens absque conditione conferendam auriloturam.

B. R. de 5. Decembris 1782. Parificatio operum montanisticorum cum Lotoriis.

B. R. de 25. Aprilis 1782. Urburam a ferro concernens.

B. R. de 24. Decembris 1783. Urburae relaxatio a Lythantracibus.

B. R. de 16. Novembris 1785. Investituras ad Cinabarim, et Mercurium concernens.

B. R. de 22. Martii 1786. Quoad fodinarum ferri feudalem acquisitionem, et quoad exceptionem a communibus praestationibus fodinarum Aluminis et Vitrioli.

B. R. de 30. Junii 1788. Idem, quoad exceptionem fodinarum Lythantracum ab onere feudali, et a jurisdictione Hungarica et Transylvanica.

B. R. de 13. Maii 1788. Uberior in eodem merito dispositio.

B. R. de 28. Januarii 1789. Ut Scoriarum Loturae conferendae sint, praescribitur.

B. R. de 6. Septembris 1790. Normativum intuitu scorialium loturalium Camporum.

B. R. de 1. Decembris 1790. Ut dimensiones Camporum fodinalium, et quando suscipiendae.

B. R. de 24. Novembris 1791. Indagatoriis Cuniculis nullus Campus conferendus.

B. R. de 8. Martii 1792. Reductio Camporum fodinalium ad dimidium suae superficiei.

B. R. de 26. Aprilis 1792. Quaedam formalitates in mutungatione Cuniculi haereditarii observandae.

B. R. de 31. Maii 1792. Uberior edoctio intuitu mensurae in latum.

B. R. de 20. Junii 1792. Decisio: quibus Campis fodinalibus novae, quibus antiquae mensurae debeantur.

B. B.

B. R. de 8. Aprilis 1793. Courburatus urburam ab Antimonio dependentes ad semestria ratiocinia de fodinalibus et ustrinalibus sumtibus, tum liquefacti antimonii redivitibus adstringi jubentur.

B. R. de 2. Septembris 1793. Mutungationis praescripta Formula, et quod ante Conunassationem Camporum quivis cultivabilis servandus.

B. R. de 17. Junii 1795. Ut lotorialia feuda conferenda sint praescribitur.

B. R. de 27. Aprilis 1800. Investitura ustrinarum Cupri et Argenti, extra ambitum montanarum Civitatum, absque praescripto Aulici Collegii interdicitur.

B. R. de 18. Novembris 1801. Abolitio annue exhiberi solitarum feudalium specificationum.

B. R. de 7. Januarii 1802. Intuitu denegandae collationis intercapedinis absque denudatione venae.

B. R. de 14. Decembris 1803. Alumen urburae subjacet.

B. R. de 5. Junii 1805. Dimensionem secundum venam concernens.

B. R. de 2. Augusti 1816. Urburam a Ferro concernens:

---

## II.

### IN MATERIA MONTANISTICO-JUDICIARIA.

B. R. de 12. Aprilis 1745. Qualiter cum Mandatis praeceptorio-Palatinalibus procedendum sit.

B. R. de 25. Martii 1759. Ordo Criminalis Ferdinandeus pro Cynosura communicatur.

B. R. de 2. Martii 1771. Procedendi ratio in Causis Criminalibus, secundum Ordinem Theresianum organisanda praescribitur.

B. R. de 21. Augusti 1775. Concernens futuram procedendi rationem in Causis Criminalibus, inter Judicium montanum et Magistratum Civicum.

B. R. de 20. Martii 1776. BB. Patentales intuitu perfidorum ceterum reddendis rationibus obnoxiorum Cameralium Officialium.

B. R. de 28. Aprilis 1777. Concernens applicationem Juris ingessionis.

B. R. de 13. Octobris 1777. In quantum Officiales Camerales ad testimoniale juramentum compelli possint.

B. R. de 22. Decembris 1777. Uberior explicatio Juris praeemptionis.

B. R. de 23. Maii 1779. Quam juris auctoritatem Declarationes genuine complectantur.

B. R. de 7. Junii 1779. Successionem rei montanisticae deditorum in Casibus Caducitatis respiciens.

B. R. de 10. Januarii 1780. Normativum exclusionem consanguineorum, et condisionalium a Jure emendi et vendendi in Cultura montanistica concernens, item auctoritatem Declarationum Cremniciensis et Schemniciensis definiens.

B. R. de 20. Martii 1782. Beneficium restitutionis respectu neglectorum gravaminum in termino concernens.

B. R. de 25. Septembris 1786. Angarialem processualium Tabellarum ad Excelsam Curiam Regiam submissionem concernens.

B. R. de 24. Novembris 1788. Invocationem Brachii ad procuracionem effectus sententiae concernens.

B. R. de 24. Decembris 1788. Modificationes novae montanisticae Judicialis Organisationis, et Systematis rationes concernens.

B. R. de 1. Aprilis 1788. De restitutione in integrum in Causis montanisticis non admit-tenda.

B. R. de 28. Junii 1788. Tabula Regia Judi-ciaria intimat: B. R. Regiam, quoad quali-ter admissam in Foris montanisticis restitutionem in integrum.

B. R. de 1. Julii 1788. Intimatum Excelsae Curiae aulicae in merito executionis latae per fora Hungarica, vel germanicarum Jurisdictionum contra subditos vel incolas alterius ditio-nis sententiae.

B. R. de 16. Aprilis 1789. Nova Judiciorum montanisticorum Regulatio, tum Taxatorium feu-dorum montanisticorum, item fiscales paenalitates exhibentur.

B. R. de 22. Octobris 1789. Quoad delationem attestationis juramentalis in Criminalibus sacerdoti concernens.

B. R. de 24. Novembris 1791. Quid in investigatione montanistica fundorum Dominalium observandum.

B. R. de 6. Junii 1792. In quantum Mandatis Compulsoriis mos gerendas.

B. R. de 18. Januarii 1792. Exclusionem im-  
puberum a Cultura montana concernens.

B. R. de 27. Maii 1793. Reprobatorium in-  
tuitu ingressionis in examen testium Jurisdictioni  
montanae obnoxiorum.

B. R. de 14. Octobris 1793. Reprobatorium  
ob indecentem ingressionem in Causarum mon-  
tanisticarum dijudicationem.

B. R. de 21. Octobris 1793. Reprobatori-  
um ob intentam Urburariis actionem fiscalem.

B. R. de 12. Martii 1795. Reprobatoriae ob  
attentatam ingressionem in Jurisdictionem mon-  
tanisticam.

B. R. de 19. Martii 1801. Quid in admissi-  
one, majorem  $\odot$  et  $\text{C}$  summam relationis solli-  
citantium urburariorum, legitimationum obser-  
vandum sit.

B. R. de 21. Aprilis 1801. Declarationes,  
quomodo et quando penes Codicem Maximilia-  
neum et in quibus Districtibus montanis vim le-  
gis sortiantur.

B. R. de 13. Junii 1804. Jurisdictionem per-  
sonalem in Officiales montanos Comitatus arro-  
gare sibi nequit.

B. R. de 4. Julii 1804. Examen Advocato-  
rum penes Judicium montanum concernens.

B. R. de 22. Januarii 1806. Declaratio in  
quaestionem vocati ictus Cunicularis.

B. R. de 17. 1806. In merito fundorum a  
Dominio exarendatorum.

---

III.

IN MATERIA MONTANISTICO CAMERALI OECONOMICO - POLITICA.

B. R. de 29. Aprilis 1776. prohibetur associatio publicorum officialium in locationibus et societatibus.

B. R. de 14. Augusti 1776. Regulatio Casuum Caducitatis et successionum.

B. R. de 15. Junii 1777. Ut in uno alterove judiciali casu, praeprimis manipulatione judicialium Librorum, et instructione Archivorum procedendum.

B. R. de 5. Januarii 1778. Salariorum ultra mille florenos impeditio sequestranda.

B. R. de 2. Martii 1778. Conductio Cuniculariorum, et fossorum militarium (Mineurs et Sappeurs) absque praejudicio praerogativarum montanisticarum suscipienda.

B. R. de 6. Aprilis 1778. Communicatur formulare secundum quod liber Urburialis seu, Antigraphus conficiendus.

B. R. de 13. Julii 1778. Continet regulas agendi cum itinerantibus hospitibus fodinas invisentibus.

B. R. de 24. Augusti 1778. Superius intimum denuo inculcatur.

B. R. de 20. Septembris 1779. Legitimationes ex iis productis mineralibus, quae aerariali relationi non subjacent, ab urburatibus quotannis submittendae.

B. R. de 11. Octobris 1779. Concernens

non impeditum matrimonium Bohemorum et Moravorum Subditorum absque consensu Domini terrestralis montanae Culturae operam dantium.

B. R. de 10. Januarii 1780. Ut Urburatus, qui aucta  $\odot$  et  $\odot$  solutione perfruuntur ad praestandam expensarum et proventuum legitimatorem adstringantur.

B. R. de 24. Jan. 1780. Qui nam Officiales Mont. culturae mont. capaces, qui contra.

B. R. de 10. Februarii 1780. Praescribitur quamdiu extraneis peregrinantibus fodinas lustrare permissum, qui vigili oculo commendantur.

B. R. de 14. Februarii 1780. Modus erga peregre montana invisentes observandus praescribitur.

B. R. de 30. Julii 1780. Judaei a possessione partium fodinalium excluduntur.

B. R. de 21. Augusti 1780. Collectores mineralium vigili oculo commendantur.

B. R. de 9. Aprilis 1783. Intuitu regulationis Urburae de Antimonio, Pyrite, Ochra Veneris, Vitriolo, Auripigmento et de praestandis desuper annuis legitimatorem.

B. R. de 23. Julii 1783. Immunitas Hungaricorum montanisticorum Districtuum a Conscriptione Regnicolarum.

B. R. de 25. Junii 1784. Submissio Tabellarum et relationum Officiosarum adurgetur.

B. R. de 21. Julii 1784. Authenticationem Urburarialium expensarum, et percepti schedarum concernens.

B. R. de 4. Augusti 1784. Normativum intu-

itu sumtuum Commissionarium, ab iis ferendorum, qui Commissionem expetunt, aut ejus causa existunt, si in inquisitione insontes non deprehendantur.

B. R. de 11. Aprilis 1788. Opalorum investigatio quibusvis privatis in cunctis Camerali et Civicae administrationi obnoxiiis bonis interdicatur.

B. R. de 21. Octobris 1788. Immunitas ab inhibitione salariorum, quae mille florenas non superant.

B. R. de 14. Januarii 1789. B. R. in quantum Metallicolae contributioni subsunt.

B. R. de 14. Octobris 1789. Qualiter in venditione mineralium frustorum procedendum.

B. R. de 23. Februarii 1793. In quantum Judicia montana in puniendis ablicentiatis militibus procedere valeant.

B. R. de 18. Februarii 1793. Qualiter intuitu evitandae collisionis inter Jurisdictionem politicam, et montanam occasione stationis Tyronum militarium agendum.

B. R. de 4. Martii 1793. Intuitu annuarum Tabellarum super relationem aerariam haud ingredientibus productis mineralibus exhibitione.

B. R. de 9. Decembris 1793. Intuitu Casuum transitus alicujus metallicolae ad alia Sacra.

B. R. de 16. Junii 1796. Conductiones militares in montanis Civitatibus restringuntur.

B. R. de 19. Julii 1796. Domiciliationem germanicarum haereditariarum ditionum subditorum concernens.

B. R. de 26. Septembris 1798. Cura in cultivationem nondum perfossorum et convasatorum Camporum inculcatur.

B. R. de 23. Octobris 1799. Resignatio Delinquentium montanisticorum Comitatus et Civitatibus.

B. R. de 20. Novembris 1801. Expetitio Reversalium ab Officialibus, quod secretae societati inserti non sint.

B. R. de 28. Decembris 1803. Urbariales Sessiones qualiter habendae.

B. R. de 1. Maii 1805. Qua ratione deinceps delinquentes montanistici Magistratui Civili resignandi sint.

B. R. de 4. Decembris 1805. Officiosas proditiones concernens.

B. R. de 15. Januarii 1806. Occasione relationis minerarum, acquisitionis modus indagandus.

B. R. de 17. Martii 1807. Judaeorum a montanis Civitatibus relegatio.


B. R. de 20. Aprilis 1808. Requisita Collegiantium montanisticorum.

B. R. de 10. Septembris 1808. Quinta resolvitur in exsolvendis relationibus in moneta Conventionali — plena vera exolutio B. R. 11. Maii 1815.

B. R. de 25. Octobris 1808. Elevatio pretii Cupri.

B. R. de 29. Novembris 1809. Immunitas montanisticorum penes Ustrinas, malleaturas et monetarias laborantium a statu militari.






Continens Delinentionem  
 Campi Metallici, ad mu-  
 tuationem, ad Heram C<sup>on</sup>  
 ductum habentem  
 Novam circumiacenti. S  
 Anno 1821

Mappa  
 Continens Delinentionem  
 Campi Metallici, ad mu-  
 tuationem, ad Heram C<sup>on</sup>  
 ductum habentem  
 Novam circumiacenti. S  
 Anno 1821

Gens. Jos. de Bachinger in Capite mapae. Vicaria  
 Imper. Henrici Conradus 1821 49.



M.C. 1821